







1.
2.
3.
4.
5.
6.
7a.
8.
9.

1669.

1. Bechmann, Joh. Volk: De luctu conjugibus, parentibus, liberis cognatisve debitis.
2. Bechmann, Joh. Volk: De obligationibus et promissivis principum in praeceptis negotiis civilibus privatis.
- 3^{1^{te}} Bechmann, Joh. Volk: De scabinis et scabinatibus.
4. Bechmann, Joh. Volk: De domo.
- 5^{2^{te}} Bechmann, Joh. Volk: De jure tribuum.
2^oempl. 1669.
6. Bechmann, Joh. Volk: De feloniam.
- 7^{1^{te}} Bechmann, Joh. Volk: De amore. 2^oempl.
1669 i 1722.
8. Bechmann, Joh. Volk: Specimen collationis juris Svecici et Romani in materia successionum ab intestato.
9. Bechmann, Joh. Volk: De eo, quid iustum est inter testamenta parentum inter liberos.

1669,

109^{a, b} Beckmann, Joh. Valk: De legitima defensione

2 Sumpt. 1669 & 1726.

11. Calenberg, Jacobus: De Indaeis N. J.

12^{a, b, c} Falckner, Johannes Christophorus: De confirmatione

judiciali contractuum aliorumque actuum

3 Sumpt. 1669 & 1675.

13. Falckner, Joh. Christophorus: Selecta novellarum

Justinianearum.

14. Falckner, Joh. Christophorus: De mulieribus

earumque jure ac privilegiis

15. Falckner, Joh. Christophorus: De circumstantiis

ion

lion

Li's



Suff

PR

DN

Her

re

DN

237

D

L

B

B



XXXV
I. N. D. N. J. C. 1669, 5^a
DE

IURE TRIBUUM

vulgò

Zünfft- und Innungen der Kera-
mer und Handwercks-Leute/

ex legibus potissimum, moribusque Germaniæ,

BENEVOLO SUPERIORUM PERMISSU
SUB PRÆSIDIO

VIRI

PRÆ-NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI
ATQUE EXCELLENTISSIMI

DN. JOH. VOLK. Bechmann/

Hereditarii in Obern- Tröbra/ Jcti & Antecessoris in
Academia Salana celeberrimi, Consiliarii Saxonici, Curia Pro-
vincialis, Scabinatûs ac Facultatis Juridicæ Adsefforis
gravissimi,

DN. PATRONI AC DOCTORIS SUI MAXIMOPERE
OBSERVANDI

IN ACROATERIO JURIDICO

ad Eruditorum problemata

publicè respondebit

MICHAEL Rhun/

Freiberg. Misn.

subjectæ dissertationis Autor

ad d. Julii, horis consuetis,

A. O. R. clō Idc LXIX.

KÖNIGLICH
UNIVERSITÄT
ZU HALLE

JENÆ, Typis JOHANNIS WERTHERI.

P. 316.

6

7



GENEROSO, MAGNIFICO ATQUE
ADMODUM STRENUO
DN. JOHANNI GEORGIO
von Schönberg/ uff Wingendorff/ Hänichen/
Börnichen/ Ober Schönau und Wiese etc.
Spirituali suo ex Christiano S. Baptismi
officio Parenti Patronoque ac Meccœnati summo-
perè venerando

TRIGÆ ITEM FRATRUM GERMANORUM
FLORENTISSIMÆ
GENEROSIS NOBILISSIMIS AC PRÆ-STRENUIS
DNN.

DN. JOHANNI GEORGIO, | von Schönberg /
DN. HEINRICO FRIDERICO, | uff Ober- und Nie-
DN. GEORGIO RUDOLPHO, | der-Keinspergk.

ex antiquissima celeberrimaque prosapia

EQUITIBUS MISNICIS

ad illustrem patriæ spem in togata
militia proVectis

*DNNN. Evergetis ac Patronis suis submisso
animi cultu perpetuo suspiciendis*

Has studiorum suorum primitias in spem bene-
volentiz atque immortalium erga se merito-
rum contestationem grato atque
humili animo

D. D. D.

A. & R.

*W. Kriessfeld. De Civit. Imp. p. 10.
Lib. II. c. 2.
+ Collegij Mercatorum & Artif. Cum.*

obtinetur. Hæc circumscriptio parvam fœderati Belgii Rempu-
 blicam immensis opibus auxit, ut mobilium possessione nulli
 facile alii quamvis per immensa provinciarum latifundia ex-
 tensæ quicquam concedat, quod non uno loco à Dn. Conring.
 notatum memini. Et certè Germaniam nostram præ cæteris
 regnis ac provinciis Europæ non parùm commendabilem fa-
 cit decentissimus ille mercatorum opificumque diversorum in
 suas Tribûs, Collegia & Sodalitia certis legibus fundata distin-
 ctus ordo, cujus ideò studiosam conservationem ditionum Ger-
 manicarum Statibus curæ & esse & esse debere, gravissima com-
 memoracione tradit Illustris Vir Dn. Vitus Ludov. de Secken-
 dorff *part. 2. des D. Fürstentats cap. 8. n. 8. 9. & seqq.* Inde est
 quod Constitutiones ac Recessûs Imperii nostri *Romano-Germa-
 nici* artificiiis opificiisve quàm plurimis in locis saluberrimè
 consulunt. *Reform. guter Politey zu Anasp. de anno 1530. tit. von
 Handwerks Söhnen 39. de anno 1648. tit. eod. 37. R. A. de anno
 1551. S. 83. de anno 1559. S. 75. seqq. de anno 1566. S. 178. de anno 1570.
 S. 152. Reform. guter Pol. zu Franckf. 1577. tit. 37. & 38. & c.* Quin
 & protectio clientelaris nonnullorum opificiorum in quibus-
 dam districtibus Imperii quibusdam Ordinum singulariter in
 feudum indulta, ut Electoribus Palatinis privilegio Ludovici
 Imp. der *Reßler Schuß* ab his jure subfeudi nobilissimæ Zobe-
 liorum familiæ concessa, *Pfälzische Landes Ordnung tit. 32. Mar-
 tin. Mager. de Advoc. arm. cap. 15. n. 121.* Eodem jure protectio-
 nem des *Haffner Handwerks* ab Imperatore Sigismundo nacta
 est nobilissima familia ab *Offenburg. Besold. & Speidel. voce:
 Reßler Schuß. Wehner voce: Schirmbrieff.* Quamvis enim
 sint, qui ejusmodi collegia Reipublicæ parùm expedire causen-
 tur, quod & occasionem conspirandi contra præsentem ejus
 statum & comessandi & fraudandi per excogitatas conventas-
 que monopoliorum aliasve vetitas artes facile præbeant, neque
 à quàm plurimis Rerumpublicarum rectoribus fuerint tolera-
 ta; nihilominùs si illud, quod fit per accidens, ab eo, quod fit
 per se, sollicitè distinxeris, tum & in coëundis ejusmodi sodali-
 tiis superiorum autoritatem, qua confirmantur, & bonas leges,
 quibus contineantur, minimè excluderis, nihil illis ad mutuam

De legum Herm
 inchoat. de
 leg. diff.
 Vl. de Sodalitij
 leg. & corp.

Collegia Sodalitia Salus. de usur. p. 51. Collegia et Societates
 differant p. 680. Collegiorum differentia ex fine et proposito, quod
 veluptas aut pietas p. 47. Collegium erantistarum, et horum etiam
 48. 49.



civium concordiam caritatemque, promovendaque rerum civilium opificiorumque ac mercimoniorum officia accommodatius esse deprehendes. Cum enim ipsa natura sociabiles nos finxerit, ipsa etiam Respublica societate hominum contineatur, quin politia nihil sit aliud, quam subalternatio ordinum & collegiorum, Besold. *de Jur. Colleg. cap. 1. n. 2.* & verò, ut Medici ajunt, similia similibus conserventur, quidni insigne momentum ad salutem civitatis afferant hæ minores & particulares societates? Hinc in instituendis perque leges ac ceremonias ordinandis tuendisque collegiis civium optimi legislatores plerique, inter hos Numa Pompilius apud Romanos, apud Græcos Solon, Lycurgus (qui & Φιλία addidit, vid. Plutarch. *in horum vitis*) aliive multum operæ curæve posuisse commemorantur. Hinc *ἐπισημαί*, ac sodalitia sub varii generis nominibus vario fine hodieque in plerisque Europæ partibus inter literatos atque illiteratos celebrantur. Nam quæ in contrarium producuntur exempla, eorum pleraque rationem sapiunt statûs tyrannici, cui solenne est, omnes civium consociationes suspectas habere, Tacit. *XV. Annal. 55. in fin.* nequæ diffitendum est, sub dominatu Imp. Romanorum imminutam esse pluralitatem collegiorum, quæ sub Republicâ libera fuerant. Augustus sanè & post eum Claudius pleraque collegia destruxere Suet. *in vit.* & Dion. *lib. 60.* & inde Cajus *in l. 1. ff. quod cujusque universit. nomine*, disertim testatur: *Paucis admodum in causis hujusmodi corpora concessa esse.* Eorum tamen adhuc non parvam curam fuisse ex *l. un. C. de privileg. corporat. & titulis aliquot seqq. lib. XI.* satis apparet. Cæterum furtiva, & imprimis nocturna civium conventicula atque indiscreta quævis coëundi licentia, etsi religionis causa prætexatur, quin jure optimo in omni Republica prohibeantur, non est dubium. *c. 21. C. XI. quest. 1. l. 1. princ. l. 3. princ. & §. 1. ff. de Colleg. & corpor. 2. Feud. 53. §. 2. de pace tenend.* Besold. *d. l. cap. 2. n. 8. in fin.* Hyppolit. *de Collib. de increment. urb. cap. 15. in fin.* Schönborn. *lib. I. Polit. cap. 11.* Actûs enim quantumcunque aliàs ex se liciti, si clam fiunt, fraudis ac doli præsumptionem in se habent, cui maturè obviandum in Republica. Ita Henrici II.

In qb. urbib.
 extra urbem
 exercere p
 tur, sed tu
 unum dant
 illic artificia
 et præstant
 elabovata
 magis indu
 Xenophon h
 factia.

Vs. V. V. V. V.
 de Rebus p. tte
 atic. p. M. C.

plurè videt. respicere Dn. A 3
 Seckendorff. In f. d. d. addit.

tes
 qua
 p. v. d.

R. G. constitutione tit. de Baillifs. art. 6. & 7. cautum est, ne ulla congregatio, coitio vel cœtus (Gallis assemblée) sine auctoritate & præsentia Magistratûs Regii, item ne in domibus privatis, sed in publicis fieret; quin & constitutione Francisc. I. omnes fraternitates sublatas refert Boer. decis. 60. num. 12. Ita Noribergæ, si literæ ad collegium opificum scriptæ afferantur à juratis opificii magistris consuli eas (sub pœna carceris, si secus fiat) deferendas esse, quo autore resignentur ac prælegantur, notat Dietherr in Addition. ad Thef. Pract. Besold. voce: Handwerck/& habent in plerisque bene constitutis civitatibus collegia ac tribus opificum adjunctos sibi in conventibus quosdam Senatorii ordinis quasi censors ac inspectores actuum collegialium, qui Reipublicæ causam ac justitiam deliberationum contra opifices tueantur. Rntepschild de civitat. Imp. lib. V. cap. 42. n. 25. seqq. Provisis ita Tribuum istarum utilitatibus, cum mihi voluntate eorum, quibus omnia debeo, vires in publico essent periclitandæ, animum induxi pro ingenii judicii que modulo quædam de jure earum ex legibus, statutis ac moribus potissimum Germaniæ nostræ delibare. Quo labore tametsi facile potueram supersedere, postquam de hoc ipso argumento aliorum integri tractatus prostant: quia tamen post manum semel operi admotam ac collectam aliunde eorum, quæ huc spectarent, quandam farraginem, otii mei ratio non permittebat ad alia transire, tum & quæ quotidiana sunt & pulchra, bis & pleniùs dici tractarive, l. 25. ff. de lib. leg. nihil impedit, cum præterea nihil dici possit, quin dictum sit priùs; ideò satis æquam bonorum censuram experturum me credidi, si in proposito pergerem, cujus principium, medium & finem secundum Novel. 109. in præfatione, Deum Opt. Max. devotè exopto.

CAPUT I.

Nominis ac Rei definitionem tum
& divisionem tradit,

Tri-

Tribus, vel quod *tres* numero (id enim plerique tradidere, cum Livius & Plinius gravissimi autores de quatuor institutis referant) essent ab initio institutæ à Romulo, quarum quæque in denas curias porrò distingueretur; vel à *tributo*, quod cives in partes istas (quæ Ciceronis ætate in XXXV. creverant, vid. Covarruv. 4. *resol. cap. 1.*) distributi penderent, conjectore Conano I. *Comment. Jur. civil. cap. 12.* ita dictæ, significant certam aliquam classem ordinemque civium, cui præpositi olim & *tribuni* vocati.

II. Hodie id vocabuli usurpamus de societatibus & collegiis eorum, qui justa Reipublicæ autoritate vel ob mercimoniis vel opificiorum vitæque diversum genus in certas ordinis sui leges ac instituta coeunt, Germanicè, *Zünfte*/ quasi *Zusammentünfte*/ *Innungen*/ quasi *Einigungen*/ *Gilden*/ quasi *Gelden*/ quod quilibet suum symbolon conferat (unde in *LL. Longob. lib. I. tit. 17. gildonia*) *Nembter*/ *Zechen*/ *Gaffeln*/ *Handwerker*/ *Gesellschaffren*. Collegæ, Tribules sive corporati, *Zunft* oder *Handwercksgenossen*/ *Zunft* oder *Gildebrüder*/ qui porro subordinantur in *Meistere* (*Herren*/ *Prinken* pro dignitate artificii) *Gesellen* (*Diener*/ *Knechte*/ *Knappen*/ *Kinder*/) und *Lehrjungen*.

III. Patet hinc, tractationem nostram non esse de istis Tribubus, quæ in plerisque civitatibus Imperii, quæ democraticè reguntur, ob facilius colligenda per ordinem suffragia sunt ordinatæ, & ipsam Reipublicæ gubernationem statumque contingunt, quorum Tribuni *Zünfte*, *Gilden*, oder *Birets*, *Meistere* appellantur, quanquam Argentorati sub ipsa etiam appellatione der *Handwerker* hæc tribus indigentur. Bernegger. *ad Tac. in complem. ad cent. quest. 2. ad f.*

IV. Synonymicè apud Latinos dicuntur collegia, sodalitia, corpora, quæ vox (quanquam latior aliàs est corporis acceptio, sicut & universitatis, quæ se ad collegium seu tribum ut genus ad speciem seu ut totum ad partes habent *Besold. de Jur. Colleg. cap. I. n. 1. Dn. Wissenbach. ad l. 85. ff. de V. S. Losæus de Jur. Universit. part. 1. cap. 2. n. 1. prætereà*

catus

tereâ universitas territorium simul respicit, cum collegia non
cohæreant fundo aut patrimonio, Segnitz *diss. de jur. univers.*
c. 1. §. 11.) in legibus nostris plurimum pro collegiis usurpatur,
quodque uno loco collegium, mox corpus dicitur *l. 1. pr. ff.*
quod cujusque univers. nomine l. 12. §. 1. ff. de vacat. & excusat.
mun. l. pen. §. 12. ff. de jur. immunit.

V. Tribum, secuti definitionem collegii, quam Wissenb.
ad l. 85. ff. de V. S. tradidit, definimus plurium personarum ejus-
dem potestatis ac muneris (vitæ generis, mercimonii, artificii,
opificii) rerumque ad id pertinentium societatem superioris
autoritate certisque legibus ac institutis firmatam.

VI. Consociationum autem ac collegiorum alia cum
sint digniora, alia minus digna; utraque rursus aut Ecclesiasti-
ca, ut Canonorum &c. quò & Gymnasia & Academias refer-
re possis, aut secularia, & hæc varii generis, ut, Societates Re-
giæ, die Fruchtbringende Gesellschaft/ Collegium naturæ-Cu-
riosorum &c. inter minus digna secularia præcipuum locum
habent hæ, de quibus nos agimus, mercatorum & opificum
tribus.

VII. Quarum secundum notam collegiorum distinctio-
nem alias facimus *licitas*, alias *illicitas*: illas, quæ publica au-
toritate nituntur & lege, consuetudine aut peculiari concessione
superioris sunt approbatæ; qualium corporum multa nomine-
tenus in legibus recensentur ut *l. 1. §. 1. l. 4. ff. de colleg. & corpor.*
Novell. 4. c. 3. §. ult. sub fin. l. ult. ff. de vacat. & excusat. muner. & c.
Dn. Wissenb. ad l. 58. ff. de V. S. in fin. Dn. Struv. Ex. XLIX. th. 112.
adde Dn. Fritschii tr. de jure Colleg. cap. 1. th. 5. Has verò sine
autoritate publica de facto constitutas; nec proinde in Republi-
ca tolerandas, imò potius severè coercendas assero; quare &
inter crimina extraordinaria refertur jure Rom. collegiorum
illicitorum usurpatio, *l. tit. & l. 3. §. 1. ff. de colleg. & corpor.*
Junge l. 15. C. de Episc. & Cleric. l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Majest. Dn.
Fritsch. c. 4. th. 6. Fiunt enim illicitæ non solum ex objecto &
fine, quibus fortè illicitis & Reipublicæ noxiis utuntur v. g. in
tractandis vetitis sive mercibus sive artibus, quæ vel religionem
vel pudorem vel existimationem vel sanitatem hominum læ-
dant,

dant, aut exercitatione monopoliorum, sed & tametsi ratio professionis & opificii in se sit licita, ob solam magistratûs deficientem autoritatem. Quod si enim dubitetur tantum de istius impetrato consensu & approbatione, illicita esse præsumetur coitio arg. *l. 8. C. de hered. instituend. Mæv. ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 13. art. 3. n. 8.* adeò ut si vel mille vel amplius essent sine Magistratus autoritate congregati, non constituerent licitam tribum, vel collegium. Berlich. *p. 1. decis. 150. num. 4.* nisi quod tamen ex diuturno tempore & exercitio actuum collegialium inveterato collegii concessio præsumatur, imò consuetudine inducatur. Dd. *in cap. 5. x. de probat. Decian. tr. crim. lib. VII. c. 20. n. 3.* Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 319.* Berlich. *decis. 150. n. 5. & 6.*

VIII. Porrò inveteratus Germaniæ usus introduxit distinctionem der gescheneften und ungescheneften oder gemeinen Handwercke / quorum illa speciatim recensita vid. ap. Rnepschild *de jur. ac privileg. civitat. Imperial. lib. V. cap. 1. n. 15.* Origo distinctionis descendit à more advenas sodales post salutationem conceptis verbis utrinque solenniter peractam (qua tamen injuriatos & diffamatos, antequam se coram collegio purgaverint, quo jure quave injuria non dignantur) præter hospitium potu atque epulo gratuito tam in aditu quam abitu munerandi, müssen ihnen das Geschenck halten / bey etlichen auch den Bündel tragen. Besold. *Polit. lib. I. cap. 12. n. 26.* quod in quibusdam consuetudo magistris solis, dem Wirth oder Vater / in pluribus den Gesellen aut utrisque addixit. Corruptus hic mos tanquam otii fomentum, parsimonix & commerciorum hostis, jam pridem publicâ Imperii lege, R. A. *de anno 1530. §. 49. Reform. guter Policyen de anno 1548. tit. 37. §.* Diweil in dem *de anno 1577. tit. 15.* constituta in negligentes ejus vindices magistratûs pcenâ duarum marcarum auri, severè prohibitus hodieque sanctè nihilominus servatur, neque facilè patiantur Germani opifices sibi hanc comitatem wider das Herkommen eripi. Add. Churf. S. D. Churf. Moricens *tit. von Handwercksteuer* §. Nachdem auch hiebevör / Ausschreiben Churf. August. *de anno 1555. eod. tit. vers.* Als auch in der Keyserl. Majest. Cæcærum modus recipiendi advenas sodales, operam suam offerentes,

B

tes,

tes, clarè determinatur dict. Imp. RR. cit. l. 5. Wo aber ie-
mands.

IX. Denique de discrimine opificiorum ex parte obje-
cti, modi, qualitatis ac finis vid. Bornitium de rer. suffic. lib. 2.
in primis ap. 6.

CAPUT II.

Causam efficientem & perso- nas recenset tribuum capaces.

Thef. I.

Collegiorum & tribuum causam efficientem aliam facio
propinquam; aliam remotam. Propinqua & immediata
est ipse coeuntium consensus & conventio. Oportet autem
coeuntium in collegium ad minimum tres esse l. 85. ff. de V. S.
Collectio enim, colligatio & coactio seu coacervatio vix est, ut
inter duos sit, sicut nec universitas, cujus tamen speciem analo-
gam continet collegium; Alciat. ad d. l. neque in duobus repe-
rias, qui obortas discordias dirimat, arg. l. 17. §. 6. ff. de res. ar-
bitr. & alioqui universitatis cujusque hæc est natura, ut pleraq;
fiant de consensu majoris partis, l. 160. §. 1. ff. de R. 7. at si ex
duobus constare collegium fingas, neque majorem neque mi-
norem partem in eo reperies. Dn. Wissenb. ad d. l. 85. Denique
plures non sunt pauciores, quam duo, l. 12. ff. de testib. multi sunt
non pauciores, quam tres, l. 1. §. 29. ff. de Scto Syllan. Collegiarum
tamen appellatio latius patet, neque semper corpus aut colle-
gium trium pluriumve infert, cum & duo collegæ esse possint,
modo officii & potestatis ejusdem consortio jungantur l. 173.
ff. de V. S. l. un. ff. de offic. cons. l. 1. ff. de magistr. conveniend. l. 14.
ff. de administrat. tut. l. 18. §. 1. ff. de manumiss. vind. l. 7. ff. de cu-
stod. & exhibit. reorum. Besold. d. l. cap. 2. n. 4. & 5. ut multum
interfit, utrum collegam appelles corporis intuitu, an muneris
& potestatis. Gædd. ad d. l. 85. n. 2.

II. Causa remota collegiorum est autoritas & approba-
tio magistratus atque inde Dd. nostri ad probandum, quod col-
legi-

639
legium fuerit institutum, non solum litteras foundationis, sed & privilegia à magistratu data requiri constanter tradidere *arg. capit. 7. x. de privileg. Berlich. p. 1. d. decis. 150. num. 1.* adeò ut sine hac magistratùs approbatione, quodlibet collegium illicitum censeatur, imò jus ac nomen collegii vel tribus amittat, *l. 1. ff. quod cujusque universit. l. 3. ff. de colleg.* Scheplitz *ad consuetud. March. Brand. p. 4. tit. 15. von Handwerken*; unde nec extinctum semel collegium sine superioris permisso instaurare licet. *Dn. Fritsch. p. 1. c. ult. tb. 6.* Neque tamen ista concessio inter regalia est numeranda, ut dici debeat, in Imperio nostro penes solos Status vi superioritatis territorialis eandem residere, sed pro parte quadam politica provisionis habenda, quæ magistratibus civitatum non denegatur, unde potius est ab hisce etiam, modo jurisdictione omnimoda gaudeant, jus collegii concedi posse. *Marquard. de jur. commerc. lib. 3. cap. 2. num. 11. seqq. Max. decis. p. 4. d. 301.* quod intelligo salva semper superioris inspectione atque intercessione arbitrioque circa id, quod in suis civitatibus ex usu Reipublicæ fiat vel fieri debeat. Neque enim omnibus Rebuspublicis seu civitatibus ejusmodi collegia conveniunt, quemadmodum in multis Europæ partibus imprimis populosis, v. g. Belgii emporiis videre est libertatem operandi in mechanicis propter & incolarum & materiæ abundantiam cuius irrestrictam relinqui, quod juri gentium conforme est commercia atque officia cuius libera relinquentis. Unde sanè necesse est originem collegiorum juri positivo ut adscribamus.

III. De habilitate recipiendorum in tribus ponimus hanc generalem regulam: *neminem honestè natum nec vera infamia vitæq; vilitate adeoq; proprio vitio societate honestorum virorum indignum redditum ab admissione debere excludi, dummodò statutum in singulis collegiis recipiendi ordinem adimpleverit, de quo mox dicemus.*

IV. Inferimus inde I. nihil necesse esse; recipiendum ejusdem civitatis vel loci, in quo recipi petit, civem vel incolam esse; neque enim conditio quorundam officiorum artificiorumve, tum & locorum fert, plures, qui representando col-

pena arbitraria, notat Magnif. Dn. Richter *decif. 80. num. 11.*
 VI. Frustrà igitur dubitatur, an admitti in tribus debe-
 ant liberi per subsequens matrimonium legitimi. Utut enim
 valeat statutum, ne quisquam nisi legitime natus in collegium
 recipiatur, legitimi tamen nihil differunt à legitimis. *Nov.*
120. c. fin. Novell. 74. c. 1. §. 2. Non. 89. c. 9. c. 6. x. qui fil. sint legit.
 adeò ut statuta de filiis legitimis disponentia, quantumvis stri-
 ctè sint intelligenda, nihilominus tamen comprehendant legiti-
 matos ex subsequenti matrimonio, arg. *l. 3. §. 6. in fin. de ne-*
got. gest. Carpz. p. 2. c. 6. d. 15. n. 7. imò si statutum expressis ver-
 bis excludat legitimos, tamen propter iniquitatem non valet.
 Idem *Jurispr. Ecclesiast. lib. 2. def. 237.* Idem quippe natalium
 testimonium, quod tribuitur legitimis, das sic von ehlichen
 frommen Eltern und aus einem rechten ehlichen un-
 getadelten Ehebetre herkommen und geboren, etiam rectè tri-
 buitur legitimis. Nobiliss. Dn. Præses *Exercit. Exot. ad n. III.*
n. 105. Nec illud refert, legitimos ante vel post sponsalia, ante
 vel post nuptias natos esse, Dn. Hahn, ad *Wel. tit. de his qui sunt*
sui vel alien. jur. fol. 177. §. 178. Imò Jcti Helmsi legitimum
 atque habilem judicant etiam ex bigamia natum ab ea, quam
 maritus duxerat criminis ignaram, arg. *l. 57. §. 1. ff. de rit. nupt.*
c. 2. c. 14. x. qui filii sint legit.

VII. Quin vero & ii, quorum pater post contracta publi-
 cè sponsalia ante *reg. d. 109.* Ecclesiasticam ac nuptiarum so-
 lennitatem vel auferit vel obierit, ad tribus admittendi sint.
 vetat nos dubitare novissima *decif. Elect. Sax. XLIX.* quæ ex ta-
 li præmaturo coitu nati liberi & legitimi & hereditatis paren-
 tum capaces declarantur. Dn. Struv. *Exercit. Civil. XXIX. tit. 26.*
Synag. Feud. cap. IX. aph. 13. n. 13.
 HX. Consequenter recipi itidem debet ac tolerari, qui
 duxerit à se ante benedictionem sacerdotalem imprægnatam,
 nulla differentia sponsa ne ejus fuerit an minus. *Carpz. d. p. 2.*
c. 6. d. 13. etsi sit opilionis filia, idem *lib. VI. Resp. 99.* quin & is,
 qui duxerit ab alio imprægnatam. Idem *d. l. d. 14.* Berlich *p. 2.*
decif. 299. Neque enim impedienda dignitas ejus, qui nihil ad-
 misit *l. 6. in fin. ff. de decurionib.* nec innocens ulla ratione puni-

ri debet. *l. 22. C. de pœn.* ut taceam de favore conjugii, quod subsequens omnia præcedentia vitia non tantum quoad liberos, sed etiam ipsos parentes purgat adeo, ut perinde habeatur, ac si statim ab initio ante copulam carnalem initum fuisset. Gail. II. *obs. 141. n. 2.* Licet enim subsistat statutum, quo collega infamem uxorem ducere prohibetur, Dn. Carpzov. *d. dec. 14. n. 5.* inter meretricem tamen & defloratam seu vitiatam lata est differentia. Non ut illa *l. 43. §. 1. §. 4. ff. de rit. nupt.* ita & hæc statim infamis est, certè si de infamia juris quærat. Nec proinde in ea verificabitur, quod vulgò jactatur: *Es sey ein Schelm / oder wolle noch einer werden / der eine Hure zur Ehe nimmt /* contra mentem *c. 20. x. de sponsal. c. 13. c. XXXII. q. 1.* Dist. Dn. Max. *ad jus Lubec. lib. VII. tit. 13. art. 3. in addit. ad n. 41.* morem vel statutum ejusmodi præsertim inveteratum non injustè tolerari posse asserens, quem juvat *l. 13. §. 1. in fin. ff. de pollicit.*

IX. Recipi omninò debent liberi commentariensium ac lictorum der Ambtsfrohen Stad- und Landknechte und Häscher / prout allatis in utramque partem argumentis ac præjudiciis prolixè probant Anton. Bullæus ad Nemes. Corrol. *art. 180.* Carpz. *Decis. 112.* Ratio, quia nec juris nec facti vera infamia laborant, Freher. *de infam. cap. 23.* & si qua laborarent; tamen ea, ut personalissima, ad liberos transire non posset, arg. *l. 22. C. de pœn.* nec si qua officii vel functionis inhonesta foret qualitas, illos afficere posset, qui officio haud funguntur. Licet enim horum in dictis Imp. Recess. non fiat mentio, ob paritatem tamen rationis in hisce favorabilibus idem dicendum. De jure Bavarico, *lib. IV. tit. 1.* Von Handwercks Zünfften *art. 2.* distinguì in hac quæstione, an lictores operam præstent in reorum tortura vel supplicio, annon; ut illorum filii excludantur; hi verò non ita, annotavit Dn. Fritsch. *p. 2. cap. 4. n. 5. ubi n. 6.* ex adducta ejusdem juris ordinatione apparet, etiam de liberis custodum seu ædituorum, item saltuariorum der Mefner und Forstknechte / an recipi possint, dubitatum fuisse; quod & idem circa liberos Scultetorum & Scabinorum Paganorum, quod hi sæpe ipsi lictorum officia in beystrecken subeunt, factum fuisse

fuisse apparet aus der Chur S. Ern. Pol. Ord. d. tit. 21. §. 4. At frustra. Ceterum si lictores ad tribum suam, quam dereliquere, ex intervallo reverti velint, aditum ipsis post semel electum aliud vitæ genus minimè patere liquet ex præjudicio à Dn. Richt. decis. 80. n. 19. allato.

X. Multò minùs rejiciendus est is, qui viduam licitoris in uxorem duxerit. Nec enim ipsa est infamis; & si talis foret, tamen maritus ex ejus vitio non tantùm non obligaretur ad pœnam, d. l. 22. C. de pœn. l. 31. vers. pœna non irrogatur ff. de V. S. Sed præterea omnia sua jura & dignitatem communicaret uxori l. 19. ff. de jurisdic. l. 65. ff. de judic. l. 22. §. 1. l. ult. §. 3. ff. ad municipal. Carpz. p. 1. decis. 18.

XI. Nec de liberis castratoris suum, Gauschneider, quin admittendi sint, dubitamus, præeunte Dn. Hahn. ad Wesenb. de his qui not. infam. n. 2. De liberis ipsorum carnificum & exco-riatorum der Scharfrichter / Hencker / Caviller und Abdeckere forte justius dubitares, an vi dd. RR. & ipsi admittendi sint, cum hi & parentum officiis maturè se soleant immiscere, unde vix est, ut effugiant maculam; & si ad quævis opificia facile admit-terentur, brevi Respublica non foret habitura carnifices & exco-riatores, quibus tamen minimè potest carere. Nihilominus ad consult. partium affirmativè responderunt Jcti Jenenses teste Dn. Richt. d. l. n. 25. utut alio tempore, non esse in tribu-bus invito tolerandum eum, qui carnificis filiam ducturus esset, respondissent, *ibid.* n. 19. in fin. Consultius sanè est vel ipsis ho-rum liberis in parentum conditione manere; quomodo enim per omnem vitam collegarum contentiones & odia supera-bunt? Dn. Vietor Epit. decis. Didast. Waldecc. conclus.

XII. Porro consortio tribuum haud sunt indigni filii pa-tris ob crimen v. g. furti, adulterii &c. commissum tribu indi-gni redditi vel ultimo supplicio affecti, arg. l. 7. §. 1. vers. si quis conceptus ff. de Senator. l. 2. §. 3. ff. de decurionib. tum licet filius intuitu patris collegæ das Recht der Meisters Söhne impetrave-rit, illud tamen non patri sed collegio ejusque statuto vel con-suetudini in favorem liberorum tendenti acceptum ferendum ac imputandum habet, ut ei post semel legitime acquisitum illud
jus

Jus merito patris delictum præjudicare non debeat *tot. tit. C. ne filius pro patre l. 2. §. 7. ff. de decurionib. l. 26. ff. de pæn. latè Carpz. p. 3. decis. 298. n. 13. seqq.* Idem est de eo, qui viduam vel filiam ejusmodi mariti vel patris in matrimonium duxerit, quod infamia mariti vel patris nec in viduam nec liberos derivetur; nemo innocens juribus suis privandus sit vel inhabilitationis pœna (est enim hæc utique pœna *l. 5. §. 2. vers. vel cum ordine ff. de extraordin. cognit. l. 9. ff. de pæn.*) afficiendus; tùm misericordia potius & venia digni sint, qui alieno non proprio laborant vitio *l. 7. circ. med. vers. movente misericord. C. de natural. liber. Carpz. p. 2. d. 192. Mœv. p. 5. decis. 118.* Unde ejusmodi opificis filius, qui- que viduam vel filiam ejus duxerit, non plus pecuniæ, quam alterius in collegio existentis filius pro receptione pendere tene- tur. Nobiliss. Dn. Præses *Exercit. Exot. ad π. III. n. 103.* Cum tamen liberi in bonis externis puniri possint propter delicta parentum, arg. *l. 5. C. ad L. Jul. Majest. Hugo Grot. de I. B. & P. Lib. 2. cap. 21. n. 14. Dn. Struv. Exercit. XLVI. th. 86.* talia statuta collegiis à magistratu confirmari aliquando posse, sed cum stri- ctissima interpretatione ex Mœv. *d. l. repetitè Dn. Fritsch. p. 2. cap. 4. th. 4. th. fin.*

XIII. Cæterum ex valido omnium fere tribuum statuto liberi naturales & spurii excluduntur, nihil obstante *l. 3. §. 2. ff. de decurionib. Carpz. p. 2. c. 6. d. 12. n. 2.* Ratio est, quod, licet ex proprio facto admittæ turpitudinis non sint infames, Dn. Richt. *d. decis. n. 10. conf. art. 26. der Pol. Ord. zu §. 3. de anno 1577. Dn. Hahn ad Wes. fol. 176.* macula tamen aliqua ex inhonesta nati- vitate laborent arg. *l. 5. C. ad Scr. Orphit. l. 12. C. de nat. liber. Pol. Ord. de anno 1577. tit. von leichtfertigen Beywohnungen/ adde Dn. Hahn ad Wes. tit. de his, qui not. infam. n. 2. sed quid si à Comite Palatino fuerint legitimati? Admittendos putamus arg. eor. quæ tradit Dn. Carpz. p. 2. c. 6. d. 16.* Est enim horum omnino dispensabilis inhabilitas per rationes à Mod. Piff. *conf. 45. allatas.* Non tamen perinde nati è spuris ullatenus excludi possunt. *Carpz. p. 2. decis. III.*

XIV. An & exposititii liberi, Findel-Kinder / spuriorum exitum circa jus tribuum sortientur? In praxi quidem certum est,

est, eos non admitti. Licet enim in dubio præsumptio sit, quælibet honestè natum esse, dubium tamen est 1. an hæc præsumptio etiam pro exposititiis militet, cum exempla expositorum legitimorum non nisi rarissima sint, & 2. tametsi militaret; tamen ut præsumptio non explebit locum probationis, quam exigunt statuta opificum à recipiendo. Vid. Joachim. Cluten. in Diatrib. Justin. V. q. 27. Verùm quomodo sine crudelitatis notâ pius Magistratus hosce à tribubus excludet? inquit Dn. Vietor in Epit. decis. dicast. Waldec. conclus. 15. Adde Speckh. cent. 3. q. 14.

XV. Exiis, quæ dicta sunt, patet, ab eo, qui in tribum sive ut tyro sive ut magister recipi desiderat, ante omnia exigi honestum natalium testimonium, ein Geburths-Brieff/& in hoc quidem non tantum de legitimo ortu, daß er echt und recht gebohren/ sed & de libertate circa res suas disponendi docere debet. Neque enim in Dominorum præjudicium homines proprii recipiendi sunt, & fortè ob hanc causam Vandali in quibusdam locis, uti Lunæburgi, non admittuntur ad opificia, & testimoniis expressè inseritur; Daß sie guter ehrlicher Teutscher Geburth und nicht Wendischer Art. arg. l. 31. §. 21. ff. de edil. edict. c. 5. dist. 24. c. 3. dist. 98. Natalium autem probatio, unde petenda sit, docet Linn. lib. VI. cap. 5. p. 135. adde Lather. de censu, lib. 3. cap. 20. n. 19. Certè eum, qui hactenus ab omnibus pro legitime nato ex suis parentibus fuerit habitus, & ita in quasi possessione suæ legitimatis inveniatur, si fortè tempore belli vel pestis natum se demonstret, ut ob consociorum mortem vel alias justas causas, quas iudex arbitretur, exactam nativitatis suæ probationem in præsentem nequeat afferre, non esse à tribubus facile rejiciendum, in facti contingentia nuper iudicatum refert Dn. Fritsch. p. 2. cap. 5. num. 5.

XVI. Nec sufficit recipiendum honestè natum esse, sed & testimonium vitæ honestè transactæ, einen Schein seines ehrlichen Verhaltens/ imprimis si sit alienigena, ex plerarumque tribuum statuto producere & porrò certam moderatamque pro inscriptione pecuniam auffding Geld dependere debet. Dn. Richt. d. decis. 30. n. 19.

Ms. Joh. Angel
Weydenh. Th. d.
Rebus p. Haujea
p. l. 8. 9. Su
p. n. p. 442
ut non adeo sit
rium in Crisnar
merib. absurdis v
aut Slavonicam re
g. v. t. d. inem, q. d.
sim m. p. p. c. i. p.
v. n. j. abhorret.
p. p. a. u. s. u. r. e. c. e. p. t.
ut nemo admitt
in mechanica a
libere exercenda
p. n. s. p. u. b. l. i. c. u. s. h. i. t.
Documentis a
p. p. r. a. t. i. s. s. i. t. a.
b. a. t. y. q. u. o. d. e. x. t.
p. e. r. u. n. t. i. g. e. n. e. r.
s. i. t. n. a. t. y. s. u. b.
h. o. c. a. c. c. u. s. a. h. o. d.
o. b. s. e. r. v. a. t. u. r. h. i.
c. u. s. s. i. b. p. r. a. n.
t. u. m. g. e. r. m. a. n. i. s. t. h. i. p. i. a. t.
q. u. o. d. n. o. c. g. e. n. t. i. s. q. u. i. u. l. t. i. m. a. i. n. s. e. r. v. i. t. u. m. a. u. t. s. u. b. j. u. g. a. t. o.
p. o. t. i. u. s. q. u. a. m. a. p. e. r. i. b. c. o. r. u. m. r. e. d. a. c. t. a. f. u. e. r. i. t. q. u. o. d. a. d. m. e.
m. a. d. d. e. r. p. e. t. i. s. g. e. n. t. i. b. G. e. t. a. s. D. a. c. o. s. S. y. s. t. a. s. e. t. d. e. s.
c. o. g. n. o. s. c. i. t. a. b. a. u. t. d. e. v. e. t. i. s. a. n. t. i. q. u. i. A. l. i. a. s. p. r. o. p. r. i. e. s. t. a.
p. r. o. p. r. i. e. s. t. a. s. p. r. o. p. r. i. e. s. t. a. s.

C
Adisum hoc illis ut nomen, Num Germanis sibi dicat
ex hoc gentis, q. ultima in servitium aut subjugato
potius, q. majorib. coram redacta fuit. quod ad me
m. a. d. d. e. r. p. e. t. i. s. g. e. n. t. i. b. G. e. t. a. s. D. a. c. o. s. S. y. s. t. a. s. e. t. d. e. s.
c. o. g. n. o. s. c. i. t. a. b. a. u. t. d. e. v. e. t. i. s. a. n. t. i. q. u. i. A. l. i. a. s. p. r. o. p. r. i. e. s. t. a.
p. r. o. p. r. i. e. s. t. a. s. p. r. o. p. r. i. e. s. t. a. s.

XVII. observatur, h



XVII. Alio porro testimonio disciplinam opificii a se legitime peractam das er sein Handwerk ehrlieh erlernen/ cursumque peregrinationis rite absolutum probare necesse habet, das er zuvor uff seinem Handwerk gewandert. Ord. Polit. Elect. Sax. Joh. Georg. II. tit. Von Handwercken 21. §. niemand soll eher 6. Sunt autem anni disciplinares, die Lehrjahre/ & anni peregrinationis, die Wanderjahre/ pro diversitate & difficultate opificiorum diversimode definiti: in his duo, in illis tres, in aliis plus minusve annorum exigitur; & compertum mihi est, nonnullorum locorum tribus in Electoratu Saxonie non ita pridem a Sereniss. Electore supplicando impetrasse, das sie auff ihren Handwerckern nicht mehr zwenjährige sondern dreijährige Lehre haben möchten. Ratio petendi fuerat, ne tyrones ipsarum, si deposito tyrocinio peregrinantes peregre domicilium forte & civitatem pro sua quisque fortuna sortirentur, in iis tribus, in quibus tyrocinio tres anni assignati essent, exemptionem der zwenjährigen Lehre atque adeo exclusionem pati cogentur. vid. P. Ord. in SS. de anno 1577. m. 15. §. ferner haben wir in Gemüch 1. in fin. Quo loco noto, tamenli Georg. Beat. in cent. sent. Sax. p. 24. seqq. in specie facti einen Weisheit entnehmend betreffend a JCr. Wittebergeni. de jure responsum referat, cum qui a patre suo, dummodo perito opifice, opificium didicerit, sed in loco, in quo non habebantur tribus, an einem ungenüßigen Ort/ non esse excludendum alibi, ubi tribuum societates vigent, an ungenüßigen Dertern/ vix tamen ac ne vix quidem sine dispensatione superioris talem tribubus obtrudi posse.

XVIII. Coeterum testimonium informationis, Lehrbrieff/ non requiritur a defuncti magistri vidua vel liberis opificium continuantibus. Nam & vivus magister, sine offensione statuti de necessitate dicti testimonii, uxoris vel filia opera potest uti. Respond. JCr. Jenens. M. Jun. 1630. in verb. Das ein Meister sein Weib oder Tochter zu seinem Handwerk uffsehen und vor einen Knappen arbeiten zu lassen besagt. Nobilit. Un. Praeses Exercit. Exor. III. n. 116.

XIX. Deinde tempora petendi & impetrandi, sein Alter/ seine Muthzeiten/ statuto vel consuetudine ejusque tribus in-

*v. ancillarem
ra ni exercens
ficio uti possit
magister. & in
dandam opifici
um statulis di
se behit. Rao
tu*

ducta



ducta observabit, muß zuvor auch bey einem Meister des Orts gewisse Zeit gestanden haben/ dann mühen und dabey seinen Meuchel grofchen legen. In quibus ne nimia remora ac difficultates idoneis candidatis præsertim in tenuioribus vicis atque oppidis ponantur, severe cavet Sereniss. Elect. Sax. in Erled. der Landgebr. de anno 1657. & 1657. tit. von Justitien Sachen/ s. Nachdem auch bey unterschiedenen 98. Pol. Ord. tit. XXI. §. 5. & 6.

XX. Posthac & examini delectorum e tribu magistrorum (quos ad præcavendam passivam examinandi injuriam ab omni suspitione & æmulatione remotos esse decet; arg. l. 65. §. 3. ff. de leg. 3. sunt enim opifices sæpe iniqui circa specimina censores, quorum ideo in Marchionatu Brandenburgensi Onoldino specificam in singulas tribus determinationem lege publica factam refert Linn. d. Jur. publ. Tom. IV. lib. IV. cap. 8. n. 307.) se committere, luxque artis experimentum das Meistersstücke secundum consuetudinem cujusque tribus ac opificii edere tenetur, ex quo dignus titulo magistri judicetur, arg. l. 57. ff. de V. S. quod tempera ex l. 19. §. 4. ff. de edil. edict. R. in d. l. 65. §. 3. ff. de leg. 3. Bornit. d. l. Tr. II. c. 5. in en d. In quo, si ignorantiam & ruditatem suam prodat, ad tertiam usque vicem remitti & ab iterata petitione ad certum tempus suspendi solet; vulgo dicunt: das Handwerck hat ihn fallen lassen. Quod bono publico introductum, ne imperiti artifices, Stumpfer und Dümpler/ operas pariter & opera sua suo & aliorum damno perdant, arg. l. 57. ff. de V. S. Proverb. 26. vers. 10. Imperitia enim annumeratur culpa §. 7. Inst. de L. Aquil. l. 122. ff. de R. J. l. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil. & inde ad restitutionem damni non solum literati sed & illiterati quicumque artificium vel opificium quoddam profitentes tenentur. Schneidvv. ad d. §. 7. n. 4. in fin. Cum quibusdam tamen dispensari aliquando per magistratum potest, si prævio examine coram opificii magistris peritos se probaverint.

XXI. Denique sicut ex more veteris Reip. Rom. tribus emi & comparari dicitur in l. 35. ff. de leg. 3. perinde ut militia, quod fiebat, quando quis in tribum vel militiam aliquo dato cooptabatur l. u. l. ult. C. de prox. sac. scrip. & Novel. 57. & 97.

Alciat. C 2

Handwritten notes in red ink, including the name 'Alciat' and other illegible scribbles.

De objecto rebusq; communi- bus tribuum licitis atque illicitis.

Civium conjunctionem in tribus circa mercatoriam licitam
artemque honestam ac Reipublicam salutaris occupari debe-
re, arg. l. 15. ff. de condit. instic. sponte patet. Sed & propter hoc
necesse est, tributum seu collegium unanimum aliquid inter se
commune esse, aut si nihil fuerit commune, ne collegium quod-
dem seu tribus erit: hacque ipsa communio in causa est, ut
omnes collega juris collegialis participes non putentur, sed
ut unum intellectuale corpus considerentur. Est enim colle-
gium formaliter & abstractivè sumptum nomen juris seu per-
sona imaginaria & que ac universitas, & a singulis separatum sum-
ptis differt l. 22. ff. de fidejussor. l. 1. §. 1. ff. de in jus vocand. l. 1.
§. 1. ibique Jason ad 8. C. de reb. bell. indeque fit, ut quod collegium
debet, non singuli debeant, & quod collegio debetur, non sin-
gulis debeatur l. 7. §. 1. ff. quod cuiusque universitas, transmissio, ff. de ob-
rex. divis. l. 27. ff. de reb. credit. l. 1. §. 1. ff. de malis m. 2.

II. Tributum autem communio illa vel in rebus vel in ob-
jectis vel in juribus spectatur. Schönborn. lib. 1. Politic. cap. 11. n. 30
quæ duo posteriora etiam sola sufficiant, cum sine rebus & pec-
cuniis communibus unquam collegium esse possit. (supra.)

III. Rerum communicatio in aedibus seu circa communis
Ampis oder Handwerkslade l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque universitas
sigillo communi Ampis oder Handwerks Siegel c. 4. §. X. de ap-
pellat. rebus pecuniæ, nonnullibi etiam aedibus, Bausse oder
Ampis Haus / Bausse Stuben / (Lipsiæ Kramerhaus) in quibus
convenire & actus suos collegiales expedire possint, aliisque
cum immobilibus tum immobilibus consistit, quæ cuncta vel ad
sustinendam tribuum dignitatem vel promovendam utilita-
tem vel sublevanda onera atque inter hæc etiam egenorum
tribulum elemosynas sunt comparata.

IV. Quorum omnium acquisitionem sibi habent vel ex
mutua à singulis facta contributione, wann von den Zunftgenos-
 sen quartaliter etwas in die Kasse eingelegt oder von den Muthen-
 den/delinquenten/oder sonst extra ordinariè eingebracht wird/
 vel *largitione aliena eaque* vel INTER VIVOS, sive pura sive con-
 ditionata fuerit, modò excedens 500. solidos legitimè fuerit
 insinuata, extra scilicet casus exceptos l. 19. *C. de SS. Eccles. l. 34.*
Sol. C. de donat. Carpzov. p. 2. C. 12. d. 13. n. 2. neque Republicæ
 noxia, quo casu non valet *arg. l. 13. §. 1. ff. de pollicitat.* sed & per
 supervenientiam liberorum non minus atque alia quavis revo-
 catur *Carpzov. d. l. def. 32. n. 6.* vel PER ULTIMAM VOLUNTATEM.
 De jure sanè civili collegia licita tam ex testamento, *arg. l. 1.*
C. de SS. Eccles. quam ab intestato succedere poterant, collega
 nempe sine liberis, parentibus, collateralibus, uxore, mortuo.
 Magnif. Dn. Strauch. *Dissert. Justin. XI. art. 38.* hodie tamen
 collegia opificum suis collegis ita non succedunt. Segnitz *dis-*
de jure univers. cap. 3. §. 4. testamentaria, autem successio super-
 stes iis hodieque durat, sive tota sive pars hereditatis, eaque vel
 directò per legatum *d. l. 1. C. de SS. Eccles.* vel indirectò per fi-
 deicommissum *l. 26. ff. ad SC. Trebell.* sive absolute sive ad cer-
 tam causam *l. 16. ff. de us. & usufr. Legat. l. 4. ff. de administr. rer.*
ad civitat. pertinent. iis fuerit relicta. Nec proinde dubium est,
 quin non tantum res corporales sive mobiles, sive immobiles,
 sed & incorporales & jura, uti usufructus *l. 21. ff. quibus mod. u-*
sufr. (qui tamen hoc casu, secus atque annuum legatum, cen-
 tum tantum annos durat *l. 8. ff. de us. & usufr. legat.*) rectè tri-
 butus relinqui possint. Contra illicita collegia nihil possunt
 capere, neque ex testamento neque ab intestato *l. 1. C. de be-*
red. insti. nisi singulis legatum sit, quomodo non ut collegium
 sed ut centi homines admittuntur *l. 20. ff. de reb. dab.* quod idem
 juris est in iis collegiis, quæ ista lege creata sunt, ut ne eis dona-
 tione testamentove quicquam relinquatur *d. l. 20. l. 1. C. de Ju-*
deis Sicelic.
 Von Durante collegio bona usu singulorum, proprietate
 collegii sunt, *arg. l. 1. in fin. ff. de colleg. & ideo*, ut in privatorum
 bona princeps manus pro lubitu porrigere aut administratio-
 nis

nis rationibus, ordinariè se immiscere non potest; ita nec in his aliud jus habet, nisi universalis inspectionis, ut in destinatos usus impendantur, neque fraudulenta administratione consumantur. Possunt tamen in his quoque esse, quæ & usu & proprietate sunt totius collegii, aut usu certorum saltem membrorum.

VI. Denique *proventu ex jam partis* tribus sustinentur, quatenus eorum naturales vel civiles fructus percipiunt, uti è pecunia scænebris, locatione ædium vel fundorum &c.

VII. Operarum communicatio ex consuetudine ac consensu cujusque collegii diversimodè fit; sanè omnia ab universis fieri nequeunt: quare & tribus administratoribus opus habent justitiæ & bonorum. Unde actus judiciales per Syndicum seu actorem *l. 1. §. 1. ff. quod cujusq. universit. c. 1. X. de Syndic. sive ad agendum sive ad excipiendum fuerit constitutus l. 18. §. 13. de mun. & hon. c. 7. x. de procurat.* idque tam in criminali quàm civili causa, quod in syndicis speciale est *l. 18. §. 2. C. de re milit. l. XII. Carpz. pr. crim. q. 105. n. 3. 10.* Adde de horum, constit. Dn. Struv. *Exercit. VII. tb. 42.* jurisdictionales aliique honestiores, v. g. in suffragiis rogandis atque colligendis, arca atque privilegiis custodiendis, administrandis atque erogandis pecuniis per primicerios ac seniores seu secundicerios (ita liceat appellare ex more seculi Justiniani *r. C. de primicer. & ibi Perez*) *Zunfft. und Obermeistere / Altherleute oder Geschworne;* servitorii verò & ministeriales, v. g. in convocandis collegiis (quæ convocatio, ex quo collegia semel publicè probata, rectè sine licentia superioris fit. Dn. Mæv. *ad jus Lubec. lib. IV. tit. 13. art. 3. n. 21.*) ministrando in conventibus & ad mensas convivales, per juniores magistros, die jüngsten Meistere/ nisi collegium certum suum habet pedellum seu ministrum, *Zunfft. Gassel. oder Stabentnecht/* uti Lipsiæ den Kramernecht/ expediuntur, suntq; hæc operæ ut plurimum ambulatoriæ & reciprocæ, quod & ad excludendam æmulationem ac querelas, supplendamque juniorum prudentiam atque experientiam, qua post seniorum decessum collegio opitalentur, consultissimum judicat Besold. *d. cap. 2. n. 7.*

IIX. Ju-

IIX. Juris communicatio in activa & passiva privilegiorum, concessæ jurisdictionis, decretorum ac multarum collegialium agnitione & exercitio communique conventu ac deliberatione, qua mediante nihil alter in alterum illicitum statuatur aut usurpet, l. 14. ff. ad municipal. consistit. Quod & spectat jus communibus suffragiis eligendi senioresem seu præfectum OberMeister / cui nonnullis in locis magistratus confirmatio accedit.

IX. Pacta autem & acta collegii, privilegia & statuta, Zunft- oder Artickels-Brisse etc. nomina & res aliæ consignari solent in certis codicibus, Zunftbüchern / qui licet propriè publici dici nequeant, cum tribus ex privatis personis colligantur, arg. l. 16. in fin. ff. de V. S. quoad probandi tamen fidem publicis instrumentis ferè æquiparantur. Rutg. Ruland. de commissar. p. 2. lib. V. cap. 10. Dn. Struv. Exercit. XXIIIX. tb. 28.

CAPUT IV.

De forma, privilegiis, jurisdictione ac regimine trium.

Thes. I.

Forma trium sita est in ipsa tribulium inter se certis legibus ac statutis ordinata unione, vi cujus ad mutua professionem suam concernentia officia obligantur, sive à recipiendis illa, quò spectant, quæ c. 2. differuimus, sive à receptis exigantur. Cum verò impossibile sit summo Magistratui, ut quævis particularia civium negotia pari cura & observatione animadvertat, tum nec unius hominis scientiâ vel experienciâ congruus tam infinitis artificiis sive liberalibus sive illiberalibus (quis enim horum omnium tractandorum rationem intelligat?) modus in omni genere controversiarum super iis exortarum statui possit; & tamen Republicæ plurimum intersit, ut etiam eorum, qui ista sectantur, desideriiis atque institutis salubriter ad publicam & privatam utilitatem provideatur, neq; porro sufficiat jura collegiis esse præscripta, nisi sint, qui eadem regere

D pos-



possint, arg. l. 2. §. 12. in fin. ff. de O. I. idem collegiis ac tribu-
bus semel institutis, ac publica auctoritate approbatis ipsa
necessitas suavit, praefectos seu consules ac seniores quos-
dam e collegarum medio iis praestitui, qui exacta cuiusque
opificii peritia pollentes (eorum enim, quae quisque novit,
optimus est iudex) bonum inter collegas ordinem modera-
rentur, deque exortis inter hos ratione opificii vel artis que-
rimoniis ac litigiis jus dicendi aliquam potestatem haberent,
aut ad superiores referrent, tanquam vindices statutorum
& singulares magistratus, scilicet hac quoque in parte nisi nisi
supremae potestatis instrumenta futuri, quorum subordinata
delegataque cura collegiis civium intervenire.

II. Quamvis enim nihil impediat, quin ad observatio-
nem nonnullorum collegio-utilium placitorum per modum
conventionis obligare se collega possint, *l. ult. ff. de colleg. &
corp.* atque inde regimen quoddam inter se, quod Hugo
Grot. in lib. de iure sum. potest. circa factum, ex consensu directi-
vum vocat, agnoscere; quia tamen totum hoc non nisi in-
volentes expeditur, & inde ex contumacia unius alteriusve
collega ob deficientem exsequendi potestatem facillime elu-
di potest; ea propter necesse fuit, ut detur & concedatur col-
legiis etiam jurisdictio quadam, quae per eorum magistratus
sua primicerios in in viros etiam redderetur, arg. l. 2. in fin.
pr. ff. de K. O. l. 5. §. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est jurisdict. *quod*
III. Igitur ex auctoritate & privilegiis superioris item-
que consuetudine data est hisce collegiis competens ali-
qua jurisdictio circa ea, quae artem, opificium atque profes-
sionem singulorum concernunt, & aliis quidem pro dignita-
te & necessitate pinguior, aliis remission, *l. ult. C. de jurisdict.
omnium judic. l. fin. ff. de colleg. & corp. l. 2. §. ult. C. de const. pe-
cun. Reform. Guiter Pol. in Augsp. de anno 1548. tit. 37. §. 9. in fin.*
Ex qua profluit potestas condendi statuta *Summus. Articuli*
de his rebus, quae dispositioni eorum relicta sunt; siquidem
facere statuta est actus jurisdictionalis, *Marth. Stephan. de
jurisdict. lib. II. p. 2. cap. 8. §. 16. seqq. Carpz. p. 3. decis. 85. n. 5.*
quae licet de iure civili, ex quo collegium semel approba-
tum

tum est nulla confirmatione superioris egeant, quatenus scilicet secundum vel prater jus commune sunt, Dn. Hahn, ad Wes. de Leg. p. 114. cum a dege ipsa confirmantur, d. xxx. Knischen. de territorio n. 269. Berlich. p. 1. decis. 150. n. 11. seqq. Carpz. p. 2. C. 6. d. 9. n. 2. hodiernis tamen moribus citra confirmationem superioris aus hoher Lande Fürstl. Obrigkeit haud valent, Id. lib. 1. Responsio K. Resp. 48. Dn. Richter. decis. 80. n. 21. Wehner ubi pr. voce. Guldemeister idque non tantum, si fuerint de novo condita, sed & si jam condita alterentur vel mutantur, in tantum, ut opifex, qui agit contra statuta tribus, nondum a Principe ratihabita ac confirmata, non possit a tribu puniri vel ex ea removeri, si ea nolit observare, Nob. Dn. Praeses Exercit. Sax. ad m. III. ad d. tit. n. 112. Formula confirmationis exhibet Dn. Fritsch. p. 3. cap. 2. tit. 10. Renovationem tamen confirmationis a principe successores petere, quod fieri solet, magis superfluae cautionis, quam necessitatis est. Idem d. l. tit. 2. Diss. Dn. Hahn. ad Wes. de LL. n. 3. voce: decreta.

Cum ergo jurisdictio sine modica coercitione nulla sit, li. fin. §. 1. ff. de offic. episcopi, cui mandatum est iurisdictio, necesse est coercendi quoque ac multandi aliquam potestatem contra transgressores statutorum iis pro modo jurisdictionis suae competere, arg. l. un. pr. ff. si quis iudicanti non obtemp. Carpz. d. p. 2. c. 6. d. 9. n. 6. seqq. At hoc multandi ius in civilibus tantum, iisque non omnibus, sed instituta sua spectantibus occupatur, & in plerisque etiam locis ad certam pecuniae summam est definitum, ultra quam multare collegiatos minime liceat, v. g. das sie zum höchsten umb ein Metzlerrecht straffen möchten hoc est tanta exacta in multam pecuniae summa, quanta pro impetrando iure magistrali collegio dependitur. Chur S. Ern. Pol. Ord. tit. XXI. §. 10. Quin & omnino exactam multam, nisi aliter ex privilegio, consuetudine vel praescriptione fuerit introductum, ordinario loci magistratui vel totam vel ex parte restituere, alicubi etiam, ut in Ducatu Württembergico ad pias causas in sacrum ararium Armen. Kassen inferre, alibi ad alios Reipubli-

D a bli

ubi



blicæ usus, v. g. comparationem armaturarum aut instrumen-
torum reſtinguendis incendiis aptorum &c. impendere, ejusque
rationem reddere tenentur. Id enim potius eſt, quam ut in
commeaſiones vetitas pereat, da man einander umb Wein oder
Bier ſtrafft/oder das Straffgeld verzehet. Quare recte non ne-
mo monet, hodiernas collegiorum menſas ad veteris Eccleſiæ
ayatus, revocandas eſſe. Beſold. d. 7. c. 2. 1b. 2. Sane in arbitrio
Magiſtratus eſſe eo quoque caſu, quo ipſum collegium perce-
ptionem pœnæ habet, diſpenſare in pœna, non eſt iniquum.
I. D. und Ausſchreiben Chulſ. Moris. von Handwerck. S.
Demnach haben ſich/ in Corp. Sax. p. 20. Kniepſchild de Po. C. 7.
lib. V. cap. 2. n. 20.
V. Utut autem ad extendendam ampliandamque juris-
dictionem ſuam admodum proclive reperias hoc hominum
genus; prorogari tamen illa ultra conceſſa in cauſas inadæqua-
tas ad jus commune omnium civium ſpectantes, v. g. inela-
rum, hereditarium, matrimoniorum, dorum, contractuum &c. neque
collegii facto neque partium voluntate poteſt, arg. l. ult. C. de
jurisdic. Carpz. 1. Reſp. 48. n. 9. & in genere incompetens plane
eſt in cauſis tribulium criminalibus delictisve communibus,
v. g. adult. Carpz. p. 3. deciſ. 285. n. 10. ubi egreg. præjudic. Scab.
Lipſ. Nec enim, qui juridiſtionem conceſſit, ſtatim etiam me-
rum imperium conceſſit, 1b. n. 16. unde non verberibus caedi aut
in vincula vel cuſtodiam ire jubere nec multa graviori punire
aut denique collegio excludere (niſi hoc excludendi jus ex cau-
ſa in privilegiis ſive ſingularibus ſive confirmatoriis ſtato-
rum expreſſe ſibi habeant conceſſum, quomodo aurifabrum
ob falſatum argentum recte e collegio ſine judice excluſum, de
jure deciſum refert Dn. Max. p. 2. deciſ. 254.) quenquam colle-
garum poſſunt, Carpz. p. 2. c. 6. d. 10. Nob. Dn. Præſ. d. Ex. n. 102.
cum nec omnes imperii mixti gradus, de quibus Dn. Struv. Ex-
ercit. IV. 1b. 64. eorum juridiſtionem inſint, ſed hic fere unus
exequendi modus ſuppetat, non admittere ad conventus &
communia collegii jura contumacem collegam tamdiu, do-
nec pareat; reliqua exequendi media, v. g. in capiendis pigno-
ribus, vel inquirendis in alienis actibus, captivandis aut expel-
len-

lendis clanculariis opificibus, quos vulgò Stöhrer/ Wfischer/ Lästlerer/ Wönhafen vocant, per judicem ordinarium, qui ad minimum apparitorem adjungat, inferre debent, Max. d. l. nisi & hac parte privilegiatos se probare possint.

VI. Quod si quis collegiarum aut, qui hos convenerint, extranei justas se nactos suspicionis causas aut sententiã seniorum gravatos putaverint, quin recusare eos, arg. l. 16. C. de judiciis. c. 7. x. de for. compet. omnibusque iis remediis, quibus causa alias ad superiorem devolvitur, uti possint, non est dubitandum. D. au Augsp. d. tit. 37. §. 5. vers. doch wo einiger sich beschweret befindet. Id. p. 5. decis. 257. imò per viam simplicis querelæ plura ejusmodi gravamina ad ordinarium vel superiorem magistratum quotidie deferri videmus. Lands. Ord. Churf. Morihen tit. von Handwerck sleuten §. und wie wohl auch Innungs- und Zunfft Brieffe §. da sich auch solche Straff. Neque injuria; cum jurisdictio collegii non private sed cumulative sit concessa, ita ut concurrat jurisdictio ordinarii vel oppidani, neque collegiati exemptos se putare debeant. l. fin. ibique Salicet. d. n. 2. C. de jurisdict. arg. l. 1. C. de prefect. urb. Stephan. de jurisdict. l. ab. l. 7. §. 2. cap. 8. n. 2. §. 9. & est in actoris extranei arbitrio, coram ordinario magistratu an coram rectoribus vel tribunis collegii vor dem Handwerck velit convenire collegiatum in causis ad opificium & professionem attinentibus, & hic in alterutro horum foro conventus exceptione declinatoria aut revocandi privilegio ne quidem per interventum totius collegii uti potest, sed locus est preventioni. Dn. Fritsch. p. 1. cap. 103. d. 11.

VII. Nec ergo hæc tribunal jurisdictio alios, qui non sunt de collegio, ligare vel juvare potest, Schneidvv. in §. 1. & 2. Inst. de l. N. G. & C. n. 15. neque extraneus ab uno ex collegiatis conveniri potest vor dem Handwerck, etsi occasione opificii nata foret actio, cum hic non materia actionis sed qualitas rei consideretur. Ille tamen, qui jam deseruit opificium & ordinem tribus, der das Handwerck nicht mehr treibet, de eo, quod ex ante gesto ratione opificii pendet, recte coram tribu convenitur. l. ult. C. de ratiocin. l. 4. §. 4. ff. de edend. Berlich. p. 1. decis. 150.

n. 26. Dn. Fritsch. d. l. 1b. 3. Sic contra extranei pariter ac collegiati, quoties actio contra collegiatum aliunde quam opificii ratione nata est, non nisi coram ordinario loci magistratu reum convenire possunt. P. D. de anno 1577. d. tit. 38. S. es sollen auch in sin. vers. und was sonst ein ider. *supra*

VIII. Expeditur hac tribuum jurisdictio, ut supra attigimus, per seniores ac primicerios tribuum, qui eandem consequuntur eo ipso, quod eligantur; Berlich. p. 1. decis. 150. n. 10. sive ab ipsis collegiatis sive ab ipsorum superiori, cui tamen confirmationem tantum consuetudine quorundam locorum relinquunt, itidem supra meminimus, fuerint electi. Neque si a solis etiam collegiatis citra confirmationem superioris ex consuetudine vel privilegio fuerint electi, in l. 3. C. de jurisdic. qua privatorum consensu jurisdictionem dari posse negat, impingitur; cum collegium semel approbatum non simpliciter loco privatorum habeatur, quippe quod initio ita constitutum, ut eligendi sibi iudices potestatem habeat, quales esse nequeunt sine jurisdictione ejusdemque exercitio; Dn. Carpz. p. 2. l. 6. d. 9. n. 11. & inde est, quod letiam ipsi collegiati inter ipsum magistrum collegii & alium collegiatum, si inter eos est controversia vel agitur de delicto vel alia re ipsius magistri iurata, cognoscere possunt; Berlich. d. l. n. 12. ut nec in utroque debet gerere debet.

IX. Coeterum in hos seniores superiores, ubi ad confirmationem presentantur, an capaces & idonei sint, inquirere non prohibetur; sed & hi jurant, quod summa fidelitate collegio velint praesse, ipsiusque utilitatem promovere. Quo autem sincerius exerceantur hac collegiorum judicia, neque noxium aliquid conventibus ac deliberationibus eorum irrepac, plerisque in locis celebrioribus, uti Lubeca, Noriberga, & Uratislavia &c. quidam inferioris ordinis seniores, qui & prudentiam seniorum in causis difficilioribus suppleant, veluti censores vel inspectores adjungi aut ad minimum quosdam senatorum peculiariter juratos de deferendis Reipublicae noxiis consiliis magistris haberi receptum est. Adde Ehrh. S. Ern. Pol. Ord. tit. XXI. §. 12. *supra*

CA-



CAPIT V.

De statutis tribuum licitis atque
illicitis eorumque interpretatione ac
mutatione.

Theſ. I.

Consequens data tribuum jurisdictionis supra diximus potestatem statuta condendi, quæ cum consensu saltem majoris partis tribuum debent fieri *l. 19. ff. ad municipal. l. 3. 4. 5. ff. quod cuiusque universitat. c. sum in cunctis x. de iis, que sunt à maj. part. Coler. de process. execut. p. 1. cap. 3. n. 12. Carpz. p. 1. c. 13. d. 9. n. 3.* Estque hæc potestas, si nulla, suis limitibus sollicitè circumscriptibenda, ne quid inde contra jus naturale vel divinum, leges publicas, bonos mores, commodum Reipublicæ, jus superioris vel tertii cujuscunque, aut ceteroquin irrationabile, seditiosum, odiosumve statuatur aut emergat, arg. *d. l. fin. C. de jurisdic. l. 1. fin. ff. de colleg. c. carpen. junct. l. 1. l. 8. ff. de LL. Befold. de jur. colleg. cap. 2. n. 2.* Dn. Richt. *Wol. 2. consl. 491.* Quamobrem in concedendis officum, privilegiis vel confirmationibus ita se habere circumspicere gerere debet princeps, ut nec in nimias angustias difficultatesque commerciorum officiorumque libertas constringatur, ne ad alia loca captanda inde Reipublicæ utilitas transmigret; neque ex impetratis officines atque artiffæ occasionem nanciscantur inhonesti quicquam atque injusti audendi, in primis verò monopoliorum vetitas artes præstituta per unam nimen conſpirationem mercibus vel operis suis quantalibet taxa seu pretio, amulationes item cum aliis ad confusionem officiorum exercendi. Cavendum sedulo, ne jurisdictio irreſtricta vel liber modus multandi iis concedatur, unde non solum occasio querelarum ac discordiarum plusquam fecunda, sed & autoritatis publicæ jactura emergit, cum revocare concessa superiores coguntur. Salutaris ergò clausula privilegiorum vel confirmationum reservatoria, de quâ infra.

II. Itaque verum equidem est ea omnia, quæ ad collegii
cau-

causam, ipsarum negotiationum munus, artem & professionem spectant, tribuum statutis determinari posse, etsi sint contra jus commune vel generalia civitatis statuta. Dn. Carpzov. p. 2. c. 6. d. 9. n. 1. quatenus tamen aliquid expressè vetitum non inducunt. Schneidvv. ad d. §. Inst. d. I. N. G. & C. n. 21. Berlich. p. 1. d. decis. 150. n. 7. sed nec hæc quicquam improbatum continere debent. Unde non valent statuta opificum, quibus prohibent, ne, quod unus coepit, alter perficiat, daß/ was einer zugeschnitten oder angefangen/ der andere nicht ausmachen dürffe/ sed unus quisque non obstante hoc statuto, quod ab altero inchoatum atque relictum est, sine timore aliquo dispendii vel pœnæ statuta perficere potest; prout disertis verbis sancitum est in luculentissima l. un. vers. ut ne quis C. de monopol. Carpzov. d. l. d. II. licet teste Dan. Moller. lib. II. semestr. cap. 15. male id apud nos à plerisque opificibus & ergolabis observetur, qui magis inveterata quamvis perversa consuetudine quam legibus scriptis se tueantur. Cæterum & in l. ult. §. ult. C. de edif. privat. ii, qui & opus (sine justa causa) derelinquunt, & qui illud postea perficere detestant, fustibus cædi atque è civitate ejici jubentur: at hodiè pœna est arbitraria. Sanè nec injunctam alteri sollicitudinem conductasve operas alter quisquam intercipere debet sub eadem arbitraria pœna.

III. Nec majoris ponderis est illud statutum, ne quis majori vel minori pretio vel mercede merces vendat vel operas locet, quam alter, daß einer seine gemachte Arbeit oder Werck im feillen kauffe nicht mehr oder weniger verkauffen/ oder seine Arbeit um ein wenigers verdingen soll als der ander. Sicut sutores hujus loci, si quis è studiosis par calceorum minoris licitetur quam recepto hactenus thaleri pretio, dicere solent: sibi sub pœna tribui dependenda non licere minoris vendere. Pulcherrima hanc in rem prohibitio extat in der Reformation guter Pollicey zu Augspurg de anno 1548. tit. 36. rubr. Von den Handwercken s. und nach dem die Handwercker in ihren Zünfften/quæ & denuò repetita in Ordinatione polit. Rudolphi II. de anno 1577. tit. 37. Churf. S. Ern. Pol. Ord. tit. XXI. §. 9. Besold. thes. pract. voce: Handwerck.

IV,

IV. Huic tanquam affinia à præcipuis Dd. Azone, Bartalo, Jafone, accensentur ista sive pacta sive statuta opificum, citra superioris auctoritatem ac cognitionem inita vel concepta; ne quisquam eorum instruat alios in ea arte, quam filios vel nepotes suos; ne recipiatur in collegium vel ex discipulo magister quisquam declaretur, nisi promiserit, se demum post certum tempus tres puta vel plures annos tyrones è disciplina opificii dimissurum esse, vel non nisi hoc vel illo pretio seu didactro artem traditurum.

Er wolle keinen Lehrjungen eher als uff drey vier und mehr Jahre oder um weniger als so und so viel Lehrgeld auslernen oder ausgelernt geben/ scilicet si breviori curriculo vel minori pretio ars illa comprehendere ac tradi possit. N. A. de anno 1594. S. wie dann uns auch vor kommen. 24. Dn. Fritsch. p. 2. cap. 4. tb. 7. Quid enim aliud involvunt hæ conventiones vel statuta, quam monopoliorum scdam licentiam omni jure sub gravissima non solum in ipsos monopolas sed & in segnes eorum vindices magistratus constituta poena vetitam, l. un. C. de monopol. N. A. 88 Augsp. de anno 1548. § 77. tit. von Monopoliem/ & pluribus aliis Recessibus, quos citat Dn. Victor d. l. conclus. 18. § 27. junge Capitulat. Leopold. art. 20. Ut proinde haud facile privilegio concedi, nedum præscriptione, cum nunquam mala fide carere possit, acquiri debeant monopolia, Dn. Felbinger. Dn. Fritsch. de monopol.

V. Prægnantibus tamen ex causis superiorum auctoritate monopolia rectè concedi, imò & ad Reipublicæ usum interdum concedi debere, Politicorum pariter & Jctorum gravissima fert opinio. Vid. Arist. 1. polit. 1. § ibi Piccard. in comment. Molin. tract. 2. de I. & I. disp. 345. n. 3. M. Bonacina de contract. disp. 3. q. 2. punct. 5. Marquard. de jure mercat. lib. IV. cap. 8. Sic si in aliquo loco defectus sit peritorum chirurgorum aut alius summè necessarij artificij, neque tamen loci conditio ferat, plures ibi chirurgos vel artifices ali suis mercedibus atque honestè rem facere posse, rectè conceditur, ut solus ille rebus sic stantibus artem suam in isto loco exerceat. Carpz. p. 2. c. 9. d. 12.

VI. Neque usque adeò improbabile hoc statutum: ne quis cum lana negotietur, antequam lanificij artem didicerit; judi-

E cat



cat Dn. Vietor *d. l. conclus. 29.* si scilicet superioris confirmatio accesserit, quod & à prudentibus plurimorum locorum v. g. Colonia mercatoribus liberi eorum ad acquirendam majorem in istis mercibus negotiandi prudentiam his artificiis in pueritia soleant addici.

VII. Quàm improbata sint statuta certi ordinis homines nulla tamen vera infamiæ vel indignitatis nota laborantes excludentia jam satis inuimus *cap. II.* cùm de habilitate recipiendorum egimus. Et refer huc ea omnia, quæ nec receptioni obstare diximus, neque ad exclusionem receptorum proficere infra dicemus, si forte per statuta in contrarium sint determinata.

IIIX. Statutum, ne recipiatur, qui alibi domicilium habuit, *der anderstwo Feuer und Rauch gehalten* licet jus civitatis hîc & nunc habeat, tanquam injustum (cur enim civem non malè meritum à reliquorum jure excludamus?) & civitatum bono damnosum non valet. Dn. Fritsch. *d. l. th. 6.* Si tamen à superioribus confirmatum & antiqua observantia corroboratum sit, non usque adeò intolerandum putat Dn. Vietor *d. l. conclus. 24.*

IX. Illa non tam statutis (vix enim id ausint propter manifestam iniquitatem) quam occultis pactis conveniri solent; ne quis eorum civi in urbe habitanti operas præstet; ut non solum certo pretio sed & certo loco res vendatur; ut tempore contractus à nullo certum mercis v. g. lane l. frumenti determinetur pretium, sed in aliud tempus rejiciatur, Dn. Vietor. *d. l. conclus. 29.*; ut hæc vel illa merx v. g. piper totum à paucis coëmatur; ne aromatarii in usus exequiarum defuncti aromata vendere possint, nisi prius solverint heredes, quod aliis aromatariis defunctus debebat, Sichard. *in d. l. un. C. de monopol.* & quæ plura sunt illicitarum artium ac fraudum involucra v. g. quod laniones, (illi, inquam quibus Plautus *in Pseud. Act. 1. Scen. 2.* par cum lenonibus testimonium perhibet in verbis:

Qui item ut nos jurejurando jure malo quarunt rem) vendibilem carnem instant in spem majoris pretii, ut frustra grandiora & elegantiora appareant; quod piftores manus & brachia aceto & oleo lavant, ut panis infletur & major appareat. Klock. *de arar. cap. 26. n. 14.*

X. Cæ-

650

X. Cætera omnia statuta circa honestatem, ætatem & expectationem moderatam recipiendorum, præstationem certorum speciminum ac tolerabilis pecuniæ, ordinem in conventibus servandum, honorandis comitatu & frequentia omnium collegarum defuncti collegæ exequiis &c. quin valeant, non est dubitandum.

XI. Statutum, nequis simul duarum tribuum collega sit, rationem habet, arg. l. 1. §. 2. ff. de colleg. nec monopolii vitio laborat, scilicet ob vitandam confusionem, l. 23. C. de testament. c. 1. d. ff. 89. Ita respond. Jct. Jenens. Mens. Aug. 1667. Carpz. 1. Resp. 48. n. 9. seqq. & juxta illud: pluribus intensus minor est ad singula sensus, vulgò: vier zehenerley Handwerck / sunff zehenerley Unglück / it. er kan viel Handwercke / aber betteln ist das beste. Dn. Richt. d. l. n. 36. seqq. neque nullam ob causam Romani prohibebant, ne quis suorum duarum civitatum civis esset. Limitat tamen, quæ dicta sunt, Dn. Richt. decis. 80. n. 39. nisi quis utriusque opificii æque peritus per longum tempus in duobus collegiis fuerit vel adsit alia quadam prægnans causa vel ratio. Quod si ita utrumque opificium exerceat, ad onera & statuta utriusque obligatur, c. 15. x. de concess. præbend. l. pen. ff. de officio Adseffor. l. 13. §. 4. ff. ad SCtum Trebell. Carpz. p. 3. c. 19. d. 25. n. 12. Illud facilius consuetudine obtinuit, ut quis in duobus collegiis unius & ejusdem opificii, verum in diversis locis esse possit.

XII. Valet statutum, ne quis plures tyrones vel ministros Gesellen præter permissum numerum habeat, daß ein Meister nicht zu viel Lehrlingen oder Gesellen haben dürffe. Sicut enim civitati non conducit, plures adsumere cives, quam ali possint: ita nec expedit plures admittere mercatores aut opifices horumve ministros, quam conditio loci ad honestum negotiationis lucrum vel laborum mercedem ferat. Facit, quod si secus fieret, ditiores mercatores vel opifices facile omnem tenuioribus eriperent quæstum. Adde Dn. Max. ad Jus Lubec. Lib. III. tit. 6. art. 21. n. 12.

XIII. Valet commune & æquissimum tribuum ferè omnium statutum vel consuetudo, ut post obitum collegæ magistræ



non filios collegarum, & ad eos quidem extraneorum, quibus ducenda sit uxor, non qui habent, ne honesti advenæ uxorati excludantur, strictissime interpretanda esse, ut supponatur esse, quæ honestè & rationabiliter duci possit, corpore integra, moribus honesta, ætate non nimis impar, quæque etiam sive ex sua sive parentum sponte non reluctetur nubere magisterii candidato, satisfactum enim fore statuto, unam eligendo, nec aliam obtrudendam invito. Adde Paul. Voet *de statut. sect. V. cap. 2.* & quantum ad consuetudinem quarundam regionum in Clericis sub conditione matrimonii cum antecessoris seu vidua seu filia contrahendi ad officium promovendis, B. Gerhard. *Lib. Com. de minist. Ecclesiast. cap. III. sect. 7. n. 17. 9. 8.* Reinking. *lib. III. de regim. secul. & Ecclesiast. Cl. cap. 7. n. 11.*

XV. Interpretatio statutorum ex æquo & bono & ad utilitatem Reipublicæ faciendæ superioris est, postquam omne horum robur à confirmatione ejus unice dependet hodie, *arg. l. ult. §. de LL.* nam ipsi tribules iniquissimi sæpe horum statutorum interpretes libertatem interpretandi licentiam magno mercantur. Cæterum quatenus libertatem & indulgentiam Juris communis restringunt, stricti juris. Nob. Dn. Preses *d. Ex. n. 99.* nec aliter quam secundum literam & statum temporis, quo conceduntur & conditionem: *rebus ita stantibus*, intelligenda, mensuranda & regulanda sunt *arg. l. 3. C. de collation. ut mutato rerum statu ab eorum observatione sine vitio recedi possit. arg. l. 4. ubi Dd. ff. de exensat. tutor. Dn. Frisch. p. 2. §. 3.*

XVI. Cæterum non sola interpretatio, sed & dispensatio in iudicio *Wunderschaffe. Söhren*, ducenda opificis filia &c. quin & mutatio ac abolitio iustis ex causis supremo magistratu non obstante tribulium contradictione, est relicta *arg. l. ult. C. de LL. l. 3. ff. de re judicat. Dn. Ka. da anno 1654. §.* Wie nun solches in causis mandatorum, *166. in sm. vers. and an des Drihs Dbrige* *fett/ daß die ohne das Gewalt haben/ derogleichen statuta nach Gelegenheit/ auff und Zeiten zu widerrufen und zu endern/ & hoc non solum vi clause reservatorie, dieselbige nach Gelegenheit und gestalten Sachen zu endern oder gar aufzuheben privilegis vel confirmationibus addi consuetæ, sed & solò superioritatis*

XXXVIII. 36. Vulgò fertur: ein jedes Handwerk hat einen gülden Boden / & de Noriberga florentissima artium Mechanicarum nutrice: Nürnberger Hand gehet durch alle Land. Plures certè artes, quam aliis proventibus in Republica victitant. Nam ex duobus illis tantum opificiis lanæ & serici plurima hominum millia Mediolani, Venetiis, Genuæ victum quaritare notat Obrecht im Politischen Bedencken von Verbesserung Land und Leute p. 125. Quare rectè faciunt Rerumpublicarum rectores, qui sollicitè cavent, ne materiae rudes, quatenus domi elaborari ac poliri possint, exportentur, aut, quod domi fieri ac fabricari possit, aut luxui seruiat, importetur: quem in usum insignes artifices (vid. l. 31. pr. ff. de sol. & lib. l. 1. §. 6. in fin. C. d. V. J. E.) liberaliter & alliciendi & fovendi, imò publicis interdum sumptibus opificia promovenda. Bornit. de rer. suff. rr. 2. c. 5. Selinus primus Turcarum princeps opibus & incolis amplificandæ Constantinopolis studio flagrans Belgrado & Cairo famosissimis urbibus aliquot millia peritissimorum artificum in eam accivit. Poloni quoque Henricum Ducem Andegavensem in regem suam electum sollicitasse feruntur, ut centum opificum familias è Gallia in Poloniam secum adduceret. Ad de Patritiam de Inst. Republ. lib. I. tit. 8. Lather. de censu. L. III. c. 19. Bornit. de rer. suff. 2. c. 2. 3. 4. seqq. & imprimis §. Dn. Carpz. Respons. 47. n. 1. seqq.

II. Utat verò circa singulorum libertatem pluribus opificiis utendi vel non utendi jus naturæ planè sit indifferens, adeoque hujus permisso, quas quotvè quisque noverit artes, in his se exercere possit: quia tamen homines sæpè plus sibi arrogant artis & industriæ & perfectionis, quam in elaboratione operum reverà præstare queant, arg. §. 3. vers. sæpè enim, Instit. qui & quibus ex causis manumittere; Reipublicæ autem interest, artificia & opera mechanica quam expeditissime & perfectissime iustissimeque fieri & inter ipsos artifices confusionem evitari: rectè placuit, non omnibus promiscuè artem se tenere jactantibus exercitium illius concedere, nisi in ea fuerint ad præscriptum vel confirmatum à Republica modum probati.

III. Unde digestis in tribus opificiis finis earum non tan-



tantum ad ordinatius sustinenda communicanda, & promovenda suæ professionis officia ac compendia, artium opificiorumque ipsorum distinctius exercitium, operum mechanicorum præstantiam, denn Stümpler sind an einem Orte sehr schädlich/ Besold. in comment. ad Ord. polit. Duc. Württemberg. tit. von den Handwercksteuten. §. nihil insuper n. 8. sed & imprimis ad Republicæ commodum debet referri, l. 8. §. 12. vers. ut necessariam, ff. de jur. immun. quæ & facilius cum universis in collegio congregatis, quam cum singulis agere potest, & pati minimè debet, ut pluribus civibus artium singularum exercitium concedatur, quam ex iis commodè alii possint.

IV. Effectus ergò concessi collegii est I. jus excludendi vel prohibendi alios non receptos à simili mercimonio, artificio vel opere, in illo loco, in quo collegium est concessum. Mæv. p. 2. decis. 187. p. 1. decis. 108. & alibi, & habent pleræque nostræ civitates illud excludendi jus non tantum in loco civitatis, sed & intra milliare (cujus dimensio quâ parte incipere & finire debeat, tradit Dn. Richt. vol. 1. cons. 68.) ab omnibus urbis partibus, scilicet wo es die Landmeister nicht mit ihnen halten und zünftig seyn, qui ipsi ferè mitioribus in receptione oneribus gravantur. Junge Churf. S. Land D. Churf. Ernsts S. Es soll auch niemandt Corp. Sax. p. 9. in fin. V. Neque ergò monopolii vitio obnoxium putari debet, si magistratus loci sollicitè inquirat, ne cives extraneis opificibus sive in suis ædibus sive alibi clanculum utantur, daß man keinen frembden Meister oder Gesellen in die Stadt bringen und in Häusern arbeiten lasse, ejusmodi Stöhrer und Wönhäsen, quibus multarum provinciarum æquissimis ordinationibus omne artis exercitium interdictum, dummodo ipsi civitatenes opifices in operarum ac mercium mercede ac pretio æquos se exhibeant, Churf. S. Erledigung der Landgebr. de anno 1630. §. 167. tit. von Justicien Wesen, punct. 98. Ern. Pol. Ord. tit. XXI. §. 2. Dn. Fritsch. p. 1. c. 3. th. 2. n. 11. deprehensos severè puniat, neque minùs in cives eorum opera utentes animadvertat.

VI. Licet enim mercari & negotiari & artificia ac negotia alia exercere, per se sint à Civis mera facultatis, qui cuivis de

de jure naturali ac gentium pro lubitu & arbitrio permittuntur, l. 5. ff. de J. & J. l. 7. §. ult. vers. quia solutio ff. de curat. furios. l. 5. C. de O. & A. adeo ut nec pacto seu propria conventionese quis ab ejusmodi actu mera facultatis excludere possit. Paul. de Castr. conf. 144. n. 3. L. II. tamen nihil impedit, quin ejusmodi actus de jure civili ad certum modum altringi & ea, quae ad jus gentium vel naturale pertinent, limitari possint, l. 6. ff. de J. & J. ut certo tantum hominum generi actibus merae facultatis uti frui liceat; Heig. quest. 15. n. 28. & 33. lib. I. unde magistratus recte promulgat ordinationes de rebus in foro venalibus prohibendo extraneos usum fori, ne eas res, quas cives illius universitatis ipsi faciunt, venales exponant. M. Pistor. p. 4. q. 132. Besold. de univers. c. 8. n. 7. ubi ratio, & adde Berlich. conclus. pract. p. 2. concl. 3. n. 9. & seqq. & decis. 150. n. 29. seqq. ubi praedictum scab. Jen. allegat, & n. 33. id jus prohibendi opificum adeo ampliat, ut etiam collegiatis, pendente lite cum extraneo non collegiatis, possint in ejus perniciem super causa controversa statuta facere eorumque confirmationem sibi impetrare &c. Adde Dn. Fritsch p. 2. cap. 2. n. 18. & audiatq. auctu VII. Hoc tamen tribuum jus ad loca exempta & privilegiata & ab iis habitata, qui non sunt sub jurisdictione civitatis, v. g. domum Nobilis, Strenhaus, minime est porrigendum; & ita nuper judicatum refert Dn. Fritsch d. c. 3. num. ult. adde Merckner Tom. 4. decis. Cameral. 27. Cylman. Tom. 2. Symphor. p. 3. c. 7. vot. 1. n. 1. Emdenspur comment. über die Württembergische Poitven. Ord. fol. 214. n. 9. ubi nec Academicas aliasque privilegiatas personas hoc tribuum jure ligati ait: usu tamen videmus, daß die Gesellen oder frembde Meistere etiam his operas locantes auffgerieben werden. VIII. Sine magistratus tamen imploratione & adjunctione ministrorum publicorum, istos clancularios artifices a collegiatis in alienis aedibus inquiri & extrahi non posse, multo minus per gravissimas corpori & imprimis instrumentis operandi illatas laciones, v. g. wenn die Schneider einem Stöhre die Stehenadel durch den Daumen schlagen / ad istas operas ineptos reddi debere, jam tum supra diximus, & monet May.

ad jus Lubec. lib. IV. artic. 3. num. 33. & ex eo Dn. Vietor d. l. conclus. 26.

IX. Cæterum jus collegiale diese oder jene Arbeit zu machen ad effectum alios prohibendi non statim ex unius alteriusve collegæ successivo actu quaeritur, imò nec ex usurpatione rei liberæ per tempus immemoriale, ex Dn. Mæv. Fritsch. p. 1. cap. 5. n. 3. & 7. In nullo denique, quod sibi solis expresse concessum docere nequeunt, jus privativum quoad alios prætere possunt, arg. l. 27. C. de testam. vers. quod enim. l. 32. §. fin. C. de appellat. Berl. p. 2. d. 203. n. 13. quemadmodum in artis alicujus exercendæ quasi possessione repertus contra collegium tam diu tuendus, donec illud de jure suo docuerit. Mæv. d. p. 2. dec. 188.

X. Efficat concessum tribuum jus II. opificium vel artem publicum munus omnibus pro justa mercede impertendum, arg. l. 239. §. 3. ff. de V. S. l. 9. ff. de munerib. & honor. dicitur pro justa mercede, quæ cum hoc genus hominum turpiter cupidum, ut verbo Plautino utar, raro contentum reperiatur, in officio legislatoris erit providere, ne quid circa operarum atque operum integritatem pretiique ac mercedis justitiam fallaciâ horum desiderari possit; quo spectant l. 2. pr. ff. de L. Jul. de annon. l. ult. §. ult. ff. de decurionib. l. 6. pr. ff. de extraordinar. crimin. Scilicet jure meritò opifices ad operam cuique pro justa mercede justo etiam temporis spatio ac statis horis (vid. Chur S. & D. Churf. Moriken tit. von Handwerksleuten §. Uns gelangt an) ab ordinario magistratu municipali sub pœna pecuniaria, carceris, exclusionis e collegio vel revocandorum privilegiorum bey Verlust ihrer Innung coguntur, ita ut ad eorundem refractariam negligentiam, non attento tribuum jure, aliis in civitate vel peregrinis artis vel operarum exercitium merciumve in vectura rectè permittatur. Chur S. Erledig. der Landgebr. de anno 1612. tit. von Justitiensachen punct. 18. de anno 1653. & 1657. eod. tit. punct. 98. Chur S. P. D. Johan. Georg. I. punct. 14. Johan. Georg. II. tit. 21. §. 13. Dn. Mæv. p. 2. decis. 57. 156. 176. sed & eorum merces & opera per constitutos visitato-

von 6 A. l. 16. §. 7.
de m. l. 9. C.
de judic.

res & taxatores juratos peritos & æquos, v. g. Marchherren/
Zuch. Gold. Silber. Zinn. Schauer / Wein. Fleisch. und Brod.
Schä.

64

Schäfer ad iustum pretium taxantur, quæ tamen taxatio pro diversitate locorum ac temporum variè faciendâ *arg. l. 3. ff. de eo quod certo loco l. 63. §. 1. ff. ad L. Falcid.* In Electoratu Saxoniæ taxam in singula singulorum opificiorum, quin & mercenariorum opera & operas per singulas præfecturas lege publica definitam suisque pœnis sancitam habemus. Vid. *ChurS. Tax. Ord.* quæ habetur in Corpore Juris Saxonici p. 383. seqq. Ipsi opifices debent meminisse illius:

De male quæsitis non gaudet tertius hæres.

XI. Consequens iis, quæ paulo ante diximus, illud est, postquam singula opificia suo objecto determinari nec uni plura concedi & æquum & fructuosum est; opificibus etiam ipsis singulorum opificiorum fines diligenter regendos esse, ne quis falcem in alterius messem immittat, daß kein Handwerck dem andern eingreiffe oder ins Handwerck falle, scilicet ne substantialis differentia officiorum justitiæ distributiæ congrua tollatur. Wesenb. in *π. de J. & J. n. 12.* Sunt enim inter plura imprimis ratione materiæ & manufacturarum affinia opificia frequentes de jure & competentia laborum & operum lites. Vide omnino Dn. Fritsch. p. 1. cap. 2. th. 4. nominatim nonnulla recensentem, & in pulchra facti specie inter ephippiarios Sattler & frenarios Namer controversi Berlich. p. 1. decis. 26. in causa carpentariorum contra scrinarios aliosve opifices Dn. Richter. vol. I. consil. p. 2. cons. 39. Der Nehenadler und Steckenadler *Eund. d. decis. n. 39.* Neque ratione caret Senatus Aulici Electoralis Saxonici decisio ad implorationem linteonum decreta apud Carpz. I. Respons. 47. non licere pannificibus conficere pannos Atrebatenses, Vesalienses & id genus alios ab inferioris Germaniæ populis excoGITatos Harras und andere Niederländische Waaren / quorum texturâ aliis concessâ linteonibus, qui jam multum in eam impenderant laboris & impensarum, omnis quæstus interversus fuisset. Ratio autem est in *l. 23. vers. absurdum est C. de testament. l. 2. C. de executorib. & exactorib. lib. 12. c. 1. dist. 89.* Exemplum in fabricensibus *l. 5. l. 7. C. de fabricens. lib. XI.* Neque enim temerè alieno officio quis se immiscere debet, per ll. à Carpz. d. l. n. 10. adductas. Adde Dn. Richt. d. decis. 80. n. 39. Barbof. lib. I.



cap. 82. axiom. 4. Sanè Argentorati etiam de instrumentis arti-
ficii gerendis des Bindemessers wegen (solent enim plerique o-
pifices in publicum exeuntes nobiliter quoddam ex instrumen-
tis suis quasi insignium loco gestare) sacrem disceptationem,
fuisse zwischen den Kieffern und Küblern, refert Additionator
ad thes. pract. Befoldi voce: Messer. Dn. Tab. de Proploph. c. 2. §. 7.

XII. Denique ad effectum refero, quod post probatio-
nem & receptionem collegæ ejusque declarationem in magi-
strum pro ipso stat præsumptio idoneitatis & peritiæ ipsique in
sua arte creditur, donec probetur contrarium, Menoch. 21 præ-
sumpt. 86. n. 6. Finckelthaus. observ. 61. n. 9. Junge Masquard. vol. 2
l. de prob. conclus. 135. Ricc. collat. dec. 136. Myns. 6. D. 35. ut & al-
ios non solum tyrones erudire, arg. l. in fin. ff. ad L. Aquil. l. ult.
in fin. C. de excusat. artific. lib. X. sed & operas seu ministros plu-
res adlescere Gesellen fördern possit.

XIII. Statutorum collegialium effectus est obligatio
omnium collegarum activa & passiva, ut eorum controversias
ratione officii exorta secundum hæc non tantum in foro col-
legii sed & in foro alio dirimi ac judicari debeant, salvo tamen
cujusque iudicii stylo, ordine & processu, qui statutis aliorum
alterari non potest, sicut nec extraneos & forenses, qui non
sunt de collegio, ejusmodi statuta ligant vel juvant, quorum
intuitu pro conventionibus, quæ inter certas personas inter
aliis non præjudicant, l. 27. §. 4. in fin. ff. de pact. rei. rit. Cointen-
alios acta vel iudicata aliis non nocere, habentur, arg. l. 1. n. 135. ff.
de LL. Schneidevv. ad §. 2. & 3. Inst. de J. N. G. C. Con. 25. Carpz.
p. 2. c. 6. d. 9. n. 5. & p. 3. decis. 298. n. 7. At hæredibus collegarum
omnino nocent, Berlich. p. 2. decis. 150. n. 24. & 25.

XIV. Non est prætereundum, collegium vel tribunal
perinde ut aliam universitatem ex mutuo in ipsius utilitatem
contracto obligari nec à beneficio l. 27. ff. de reb. credit. exclu-
di, Dn. Struv. Exercit. XVI. th. 20. Nob. Dn. Præses Exercti. Ex.
XVI. n. 62. & quos plures allegat Dn. Fritsch. cap. 5. th. 4. qui
vero de novo veniunt in collegium, an teneantur de debito
ante contracto? vid. Bart. & Dd. in l. 23. C. de decurionib.

—nemug

ε 7

CA.

hæc nisi medi-
ca archifex fieri
fin purgatorum
Duliffahis habet
p. l. c. 22
l. 2. lt.
v. g. chivvohy se.
ap. juraverit
Cast. 26.
4.
sententia ex s. v. v.
l. d. lata o. retru.
ctur.

juvni guct. p. fin. v.
3. C. v. s. v. d. v. a.
y. v. e. t.

CAPUT VII.

Quibus modis cessent cum ipsa
tribus tum tribules censura majorum
moveri five ejici illis possint.

Thef. I.

Communis omnium sublunarium lex, nasci & mori, tribub.
etiam lata est, & inde cum suis juribus ac privilegiis extin-
guuntur. I. morte omnium scilicet collegarum durch ausster-
ben aller Zunftgenossen. Dico: omnium. Licet enim unus consti-
tuere nequeat tribum vel collegium l. 85. ff. de V. S. in uno ta-
men conservatur l. 7. §. 2. ff. quod cuiusque universit. arg. l. 1. §. 17. ff. de vi & vi arm. c. 1. x. de elect. & elect. potest. ibique Dd. c. 3. de elect. in extrayag. com. ad exemplum servitutis, quæ non acquiritur pro parte, retinetur vero & conservatur pro parte l. 8. §. 1. ff. de servit. l. 34. pr. ff. de servit. rust. pred. Ratio autem conservationis collegii per unum est, quia ex uno redire potest, arg. l. 76. ff. de judiciis. Sustinetur ergo in uno collegium tantisper, donec alii resumentur, & unus est de collegio, sicut bos unus vindicatur, qui superest de grege, vid. Frantzk. ad §. 18. Inst. de legat. & collegii verbo jus significatur: jus ergo ac bona ipsa collegii in uno subsistere possunt. Besold. de jur. colleg. cap. 2. §. 1. In quo differt collegium à societate privata, quæ etiam unus è sociis morte solvitur, atque adeo est individua, ut vel tota subsistat vel tota pereat lapidum fornicationi similis §. 5. Inst. de societate l. 52. §. 9. ff. pro socio.

II. Renunciatione, eaque vel expressa, quando animus dissolvendi collegii ab omnibus declaratur atque disceditur à communicatione. Max. p. 5. decis. 378. n. 5. & est hæc renuntiandi potestas non secus ac in privata societate l. 63. ff. pro socio singulis quoque concessa, non obstante reliquorum contradictione, ex ratione l. 77. §. 2. ff. de legatis. II. l. 26. ff. de servit. urb. pred. modo ne callidè fiat in fraudem ac perniciem collegarum, arg. d. §. 4. Inst. de societate & eorum, quæ in simili ar-

gumento disputat Grot. *lib. II. de I. B. & P. cap. 5. n. 24.* vel
tacita, quæ contingit vel per separationem collegiatorum, quando
jam omissis omnibus actibus collegialibus quisque sua tantum
curat *l. 64. ff. pro socio, Zahn. ichnograph. Jur. municip. cap. 38.*
n. 26. seqq. vel lapsum temporis. putà si per decennium derelicta
fuerit omnis communicatio Dn. Lindenspur ad ordinat. *Wurten-*
berg. fol. 112. Max. d. decis. in fin. quò spectat, si quis aliud vitæ
genus elegerit, ut si factus fuerit *licitor*, Dn. Victor conclus. *12.*
Dn. Richt. *d. decis. 80. n. 18.* aut stante statuto de non partici-
pando jure duarum tribuum in aliam fuerit assumtus.

III. Commodè hoc loco quæritur, an semel in tribu ali-
cujus opificii immatriculatus, si postea deserit opificium illud
exercere, fruatur amplius illius artis ac tribus privilegiis?
Negat equidem Bartol. *in l. 5. §. 12. ff. de jure immunit.* quem
forte & juvat *l. ult. pr. ff. de excus. tut.* Distingvit Ruding.
cent. II. Observ. 92. utrum animo redeundi an non redeun-
di ommissio artificii contigerit. Rectius Besold. *d. cap. I.*
n. 4. id ex consuetudine ac causa finali privilegiorum tribubus
concessorum dijudicandum putat. Consuetudine sane vide-
mus, plures magistros, ubi ad pinguiorem fortunam aut digni-
tatem v. g. Senatoriam pervenerunt, opificium amplius non
exercere; nec minus tamen in tribu interim manere & onera
agnoscere, ut saltem respectu liberorum illius commodis fruam-
tur; quamvis renuntiationem parentum liberis in jure der *Mei-*
sters. Kinder non præjudicare tradat. Carpz. *p. 3. decis. 259. n. 20.*

IV. III. abolitione publica autoritate facta & revoca-
tione privilegiorum, quod fit Republica vel turbata scilicet per
occasionem belli vel externi vel civilis. Ita Romani devictis
Macedonibus ac Græcis concilia ac collegia eorum omnia dele-
runt, commemorante Livio *lib. 35.* & Carolus V. Imperator re-
bellibus Gandavensibus & post bellum Schmalkaldicum multis
civitatibus Imperii ademit & mutavit die alten Zünfte, quod
tamen magis de illis capio, quæ simul Reipublicæ jura parti-
ciparunt, quam de inferioribus opificiorum; vel *pacata*, quan-
do tamen è collegiis causæ publicorum motuum ac factiones in
perniciem Reipublicæ timentur atque è tribuum fit facinorum
socie-

societas, quod saepe contingere notat Livius lib. 39. & Colonia Agrippinae plus vice simplici compertum testatur Paul. Buius decis. Polit. 6. th. 18. aut ob aliud quoddam delicti genus v. g. nimium abusum, extremam contumaciam &c. privilegia à superioribus revocantur arg. c. 11. x. de privilegiis: quæ tamen poena, cum sit gravis, non nimis properanter sed tum demum irroganda venit, ubi aliæ leniores non proficiunt. Dn. Fritsch. p. 1. cap. 4. th. 6. Besold de jur. colleg. cap. 2. n. 9. De poenis juris Romani vid. Wesenb. Wissenb. & alios interpretes ad tit. ff. de colleg. Si vero collegium deliquerit, quod quomodo fiat, vid. ap. Besold. de jur. univers. cap. 7. n. 2. non propterea statim singuli sunt puniendi. Idem Besold. cit. l. è Bodino 3. de Rep. cap. 7. n. 337. adde Petr. Gregor. 13. de Repub. 5.

V. Atque hi modi amittendi juris collegialis cum in omnibus tum in singulis verificantur: sunt tamen circa delicta, quatenus justam excludendi singulos causam præbere possint, non solum quædam horum, sed & ipsa tribuum jurisdictio admodum controversa. Videmus enim quotidie, quam facile propter hunc vel illum prætextum tribules hunc vel illum nihil reverà mali meritum è consortio suo deturbare conentur. Notamus autem in genere: *quacunque cause non obstant receptioni recipiendorum, illas quoque retentioni receptorum officere non posse.*

VI. Pessimus ergo est iste tribuum abusus ac analogicus penna lissimus, quo injuriatos vel saltè leviter de delicto infamatos ante probationem & decisionem causæ tanquam infames non solum opificii exercitio interdiceret (legen ihnen das Handwerk) sed & à tribubus & laborum societate (mit und neben den Geschmäheren oder Beschuldigten zu arbeiten) interim, donec se coram tribu vel magistratu purgaverint, excludere, imò & eos, qui eorum opera utantur, pro infamibus habere conantur. Vulgò das schmähen und aufschreiben der Meister und Gesellen. Mos nequam non unâ certè Imperii constitutione severè prohibitus. Pol. Ord. zu Avasp. & Franckf. de anno 1530. 1548. 1577. tit. von den Handwercks. Söhnen s. es soll auch der jentige N. N. de anno 1594. s. und als auch 123. de anno 1654. s. 106. junge Chur S. E. D. und Ausschreiben Churf. Morizen tit. von den Handwercksleuten



ahil Lauba
cafia c. ult.

leuten in Städten Corp. Sax. p. 18. seqq. ChurS Erledigung der
Landgebr. de anno 1653. & 1657. tit. von Justitiensachen, punct. 80,
Erneuerte Pol. Ord. tit. XXI. §. 11. quibus ad leges Imperii te-
merè injuriantibus atque infamantibus, si probationem apud
ordinarium magistratum implere non possint aut contumaci-
ter tergiversentur, pœna dicitur: Daß sie interim selbst vor un-
redlich geachtet und ihnen das Handwerk geleyet werden soll/ etc.
Utut enim valeant collegiorum statuta de non recipiendis aut
tolerandis infamibus, sive juris sive facti infamia sint tales, Dn.
Richt. d. decis. n. 27. (ubi de milite fugitivo non recipiendo)
Matth. Stephan. de jurisdic. lib. II. p. 2. cap. 8. & dehinc ex ju-
dicio famoso v. g. depositi propter dolum suo nomine conde-
mnatus recte possit ejici, arg. l. 2. C. de dignitat. idque non so-
lum vi statutorum sed & ex inveterata Germaniæ consuetudine
Carpz. p. 4. c. 45. d. 10. quò refer quod nec vidua post obitum
mariti, cujus intuitu privilegia retinebat, arg. l. 22. §. 2. ff. ad
municipal. c. 3. c. XIII. quest. 2. stuprum passa, utpote de jure certè
Saxonico non parva famæ macula notata, invitis collegis tole-
rari debeat, teste re judicata apud eundem lib. IV. tit. 1. Respons.
100. ista tamen prava licentia injuriatos nondum convictos
tanquam infames ejiciendi, etsi statutorum rotulis disertim
contineatur, toleranda haud est. Dn. Vietor. d. conclus. 10. Nob.
Dn. Præses Exercit. Exot. III. ad tit. de LL. n. 67. Exercit. VIII. ad
tit. de his qui not. infam. n. 82. Injuria enim viro bono nihil labis
aut maculæ aspergit, quò minus is in possessione famæ atque
existimationis suæ maneat ac tuendus sit l. 17. §. 12. ff. ad municipi-
pal. l. ult. C. de ordin. cognit. Dn. Richt. d. l. n. 32. Dn. Fritsch.
p. 2. cap. 4. n. 23. Quàm promptè verò & obedienter gravissimis
istis sanctionibus obsequantur opifices & experientia testatur &
non unæ Ordinum Imperii querelæ. Vid. X. X. de anno 1551.
§. weiter haben wir 83. de anno 1559. §. weiter haben wir auch
75. seqq. Malum ad nostram usque ætatem gliscens, nî iisdem,
quibus penalissimus ex Academiis Protestantium, remediis expel-
latur, diu adhuc Rempublicam vexabit.

VII. Utut etiam evitatio nimia cum carnificibus & ex-
coriatoribus (& his præcipuè, Dn. Richt. d. l. n. 21. in fin.) fami-
liari-

haritatis tribulibus sit sua deinde & à sociis propterea admoneri
 possint, arg. *Ordinat. Polit. Imp. de anno 1530. t. 21.* Dn. Victor
d. conclus. 10. in fin. major tamen haud est istius sive statuti sive
 moris innocentia, quo è collegio tanquam infamis ejici jubetur
 is, qui cum carnifice ederet, biberit vel alio modo conversatus
 fuerit. Nec enim quoad illos effectus juridicos carnifices, ut
 ministri justitiæ, pro infamibus sunt habendi; imò qui hos pro
 talibus habere velit, injuriarum tenetur. Freher. *de infam.*
lib. III. cap. 22. Dn. Rich. *d. decis. 80. n. 23.* Unde vero imputata
 iis vulgò infamia ortum habeat, docet Andler. *ad tit. Inst. de*
oblig. ex delict. corol. 5.

IX. Idem est de eo, qui cum carnifice vel excoriatore
 pecorum contraxerit vel officinam ejus propter debitum sibi
 traditam alteri locaverit. Dn. Richt. *d. l. n. 21.* Neque enim at-
 tractatio vel contactus officinæ rerumve carnificis vel excoria-
 toris quenquam potest efficere infamem. Nam uti vincula aut
 carcer ictusque fustium (vid. tamen Dn. Richt. *d. l. n. 27.*) non
 infamant, sed causa, *l. 22. ff. de his qui not. infam.* ita nec locus de
 jure sed causa.

IX. Ex quo fluit, nec illum usu opificii privandum vel
 è tribu ejiciendum esse, qui ob præsumptum delictum in præsen-
 tia carnificis cum comminatione torturæ examinatus, vel ipsi
 etiam torturæ subjectus sed postea planè absolutus, aut ob indi-
 cia non plenè probata, aut urgentiâ solummodò relegatus sit,
 arg. *l. 4. §. ult. ff. de his qui not. infam. l. 4. ff. de interdict. & re-*
legat. Freher. de infam. Lib. III. cap. 5. n. 15. Dn. Richt. *d. l. n. 29.*
31. & 33. & vol. 2. consil. 358. nisi hoc ex causa infamante contige-
 rit. *d. decis. n. 34.* Carpz. *p. 4. c. 47. d. 42.* Multò minus eum, qui
 coactus v. g. à militibus aurem cuidam vel nasum absciderit,
 Dn. Richt. *d. l. n. 26.* aut in custodia vel carcere mortuum ad
 sepulchrum gestarit, G. Beat. *in cent. sent. Sax. d. l.* item, qui
 canem sive casu sive petulantia (quæ quidem impunita esse non
 debet arg. *§. 14. Inst. de L. Aquil.*) sive ex necessitate defensionis
 ictu vel jactu interfecerit, cujus excludendi vel saltem multandi
 licentiam sibi sumunt die geschendren Handwerker / Dn. Fritsch.
p. 2. d. cap. 4. n. 8. & inter laniones præsumptum esse, apparet

C
 ex



ex Beato d. l. Add. Nob. Dn. Praeses in obs. pract. ad tit. ff. de
his qui not. infam.

X. Imò nec illorum aut vera est infamia aut justa excludi-
tio, die ihre eligne verstorbene Rische oder Wfer de abdecken/Speidel.
voce: Hencker/ quamvis hos & vilissimi sordidissimi que officii
exercitio ad emendam aliquam tribui vel potius magistratui
praestandam; & detractum excoiatoribus lucrum, (quibus
scilicet demortuatum pecudum pelles in salarium publici offi-
cii cedunt, vide tamen Chui S. Cited. de anno 1653. & 1657. tit.
Don Justitien Sachen punct. 117.) ad pelium restitutionem non
injuste obligent. Quà parte in transeur su notamus, injustum
vindictae privatae obnoxium & maxime injuriosum esse, quod
in quibusdam locis excoiatores bestiam pecudemve v. c. eanem
vel vivam occidentibus vel demortuam excoiatoribus soleant
ihre Schindermesser vor die Thure hessien/ oder den Schindertard
davon fuhren/ sie hiedurch zum Wstrag zündigen.

XI. Delicta vero parentum & ob hac secuta eorum re-
motio, non obstant liberis, quo minus iuris tribus, als Kra-
mers oder Wessers Sohne (quales etiam qui antequam pater
consors tribus fieret, nati sunt, arg. l. 3. in fin. ff. de Sena orib.
Dn. Carpz. p. 2. c. 10. d. ult. nisi aliter fuerit consuetudine re-
ceptum, Dn. Richt. Vol. 2. consil. 57. n. 3.) fruuntur. Dn. Carpz.
p. 3. decis. 298. n. 8. Ita nec liberi matris viduae ob stuprum pri-
vilegiis tribus privatae officium per ministros Gesellen conti-
nuare prohibentur, Dn. Vietor. d. l. conclus. 18. Quod si unica
salem superet illa, & illa similiter impudice vixerit, quid di-
cendum? Resp. Dn. Vietor. d. l. si ipsi parentes ob hoc com-
missum male factum manent in officio suo, liberi non erunt de-
terioris conditionis; faciunt tradita Mod. Pistor. cons. 46. n. 2.
& seqq. Ob stuprum enim commissum nemo fit (infamia iuris)
infamis. Et licet ob fornicationem senatu moveri quis possit,
Dn. Carpz. p. 1. decis. 17. id tamen ad ordines officum vix est ut
extendi possit, arg. l. 1. ff. de R. J. c. 46. x. de R. J. in 6.
May. ad Jus Lubec. Lib. IV. fol. 34. Ob adulterium vero, quum
iuste quis tribu moveatur, non est dubitandum, Dn. Vietor. d. l.
siquidem iudicio publico, (omne enim publicum iudicium infam-



mat. l. i. ff. de his qui not. infam. Carpz. p. II. decis. 192. n. 5. seqq.)
damnatus sit; minimè verò, si saltem carceris poena vel multa
ei fuerit dictata. Dn. Richt. Vol. 2. Conf. 156.

XII. Coeterum collegio per mortem collegiatorum dis-
solutio quaeritur, cui bona collegii cedant? Distinguiamus inter
bona collegiarum contributione collata, & aliunde collegio ac-
quisita, v. g. donata sive publica sive privata liberalitate, assistite
Quæ: illa collegio per mortem (sed & separationem & res-
nunciationem) soluto ad conferentes eorumque heredes rede-
unt. l. 2. ff. de colleg. Besold. de Jur. colleg. cap. 3. num. 6. hæc
verò ad magistratum vel Fiscum devolvuntur, cui integrum
est in alios ea bonos usus convertere. Dn. Carpz. p. 2. c. 6. d. 17.
Nam quod Besold. d. l. n. 1. in med. e. Bodino dicit: ne omnibus
quidem collegis mortuis collegii bona fisco vindicari, nisi lege
lata jus habendi collegii sit sublatum, qua ratione bona colle-
giorum monasticorum in Protestantium territoriis ad fiscum
devenerint, ad ea collegia refero, quæ publica autoritate ad u-
sum Republicæ perpetuum principaliter sunt constituta, ita ut
Respublica iis carere non possit, sed statim alii sint substituendi,
qui ex bonis collegium sustentent. Coeterum nec legatum col-
legio relictum postea dissoluto debetur. l. 38. s. 6. de leg. 3. præ-
stitum tamen ante dissolutionem non revocatur. Wilsenb. disp.
ad ff. p. 2. disp. 61. c. 6.

CAPUT VIII.

**Mantissam continet eorum, quæ
ad præsens argumentum spectare
vult sunt.**

Monitum est politicorum, cognata artificia commodis locis
juxtà collocanda esse in urbibus, uti ad rivos & fluvios, qui-
bus aqua præterfluente opus; ad remotiora à curiis, scholis
ac templis loca, quæ sine strepitu haberi & exerceri non possunt;
extra moenia verò, quorum materia graveolentia vel fœtore
vale-



valetudini hominum noceri possit aut ob ignem fumumve peri-
culo sit obnoxia, Harmenopol. *Lib. II. epit. cap. 4.* sicut lanis
in bene ordinatis civitatibus non est permittum, intra urbem
mactare pecudes; & in Chinae regno omnia opificia plateis di-
stincta refert Hug. Lindschot. *in Itiner. Ind.* qua occasione
quæro; an Professores in Academiis sed & Doctores alibi de-
gentes fabrum, fullonem, pellionem, victorem aliamve opifi-
cem tumultuosi opificii ædibus suis vicinum, ne studia obturbet,
implorato magistratus auxilio, expellere possint? Quod affir-
mo sub distinctione, quam prolixè & eleganter tradit ac præ-
judiciis roborat Nob. Dn. Præses *in Dissertat. de privileg. studios.*
adde Linnæum *de Jur. Pub. lib. 8. cap. 3. n. 22.*

II. Artificium & opificium, artifices & opifices plerum-
que Synonymicè usurpantur, *l. 1. §. 7. ff. de extraord. cognit. l. 6. de
impens. in res dot.* si tamen artificia pro artibus liberalibus acci-
pantur, magna subest differentia, imprimis ratione mercedis,
natarum inde actionum & juris dicendi *d. l. 1. §. 1. & seqq.* Sane
quædam artes mechanicæ magnam habent cum liberalibus
cognitionem, imò sine his feliciter exerceri nequeunt; inde
magistri Prinsen quasi digniores opificibus secularis *Juris
Quesis arg. l. 27. pr. ibi: vulgare artificium ff. de pecul. Bornit. de
rer. suff. 2. c. 2.* per exercitium vero artificii manuarum nobilitati
quidem derogatur; neque enim artes mechanicæ cum nobilitate
congruunt, Aug. Barbof. *axiom. lib. 1. cap. 82. axiom. 2.*
ratione questus: scientia vero eorundem, ut & exercitium, nec
in illustrissimis personis improbat, unde ex serenissima Ele-
ctorum ac Ducum Saxonie familia plures novimus, qui in uno
vel altero artificio admodum excelluerunt. De aliis junge
Linnæum. *de jur. pub. lib. 6. cap. 5. n. 84.* Bornit. *d. l. 1. c. 2. §. 1.*

sub fin. Alphenum Jctum suturem fuisse, arguit locus Horatii:
Alphenus vaser omni
Abiecto instrumento artis clausaque taberna
Sutor erat.

Vid. Alciat. *in Orat. Aven. tom. 6. p. 318.*

III. Quæritur: an sartor vel alius opifex novam vestem
vel materiam quamcunque labori ipsius subditam pro mercede
reti-

659
retinere possit? Affirmat Baldus in l. fin. C. commodat. arg. l. 9. §. 1. 2.
§. 3. ff. de acquir. rer. dom. §. 27. & seqq. Inst. de rer. divis. Ratio, quod
opera in re equiparetur impense in rem factæ, ut notat Cölerus de
process. executiv. p. 1. cap. 2. n. 248. per Gloss. in l. 26. §. 4. verbo retine-
bitur in fin. ff. de condict. indebit. quin sæpè & ipsam rem superet, arg.
l. 13. l. 14. ff. de V. S. vid. Döring. de jure retent. th. 11. lit. C.

IV. Non ita sartoribus integrum est, frustra ac fragmenta ve-
stium extra vitium furti retinere, quamvis obtendere soleant, sibi com-
muniter solvi minus pretium pro factura vestium; adeoque ex iis frag-
mentis se compensare defectum, sed profectò, inquit Dn. Andler. ad
tit. Inst. de Oblig. qua ex delict. corol. 3. hoc non justificat retentionem,
præsertim in locis, ubi pretium ipsorum laboribus est determinatum.
Illud enim est justum pretium, quod communiter solvitur & haberi
potest, ideoque non possunt retentionem illam in partem pretii
computare. Adde Cardinal. Lug. de Just. & Jur. Disp. 16. sect. 4. n. 84.
Porro sartores instrumenta se ac lucenturarios alienæ prodigalita-
tis ac luxuriæ in vestitu exhibere non debent, secus facientes justè pu-
niantur: wann sie andern Kleider machen/ so ihnen zuragen nicht ge-
bühren/ Chur S. Hof. Ord. de anno 1612. punct. 5. §. und weil durch die
Schneider/ sicut & alii opifices luxuriæ vestimentorum vel gala inser-
vientes ibid. §. seq. puniri jubentur. Cæterum quare sartores, qui
in sacris sapientes nominantur Exod. XXVIII. vers. 3. hodie per con-
vitiu Geiß und Döcke appellentur, vid. apud Zeil. cent. 3. epist. p. 232.

V. Ratione mercedis, nullum singulare opificibus in concursu
creditorum prælationis privilegium tribuitur, sed inter chirogra-
pharios recensentur, nisi simul in ædibus & convictu defuncti fue-
rint commorati & pro certo salario operas præstiterint. Dn. Carpz.
p. 1. c. 28. d. 27. Pro exigua tamen summa mercedis in Camera imme-
diatos posse conveniri, uti in causa Wender contra Grelshheim 1584.
pro 24. R. Schusterlohn/ notat Limæus lib. 9. cap. 2. p. 102. princ. quod
an adhuc hodie post constitutionem §. 112. des N. A. de anno 1654. ita
obtinere possit opifex, est quod dubites. Neque habet collegium
privilegium personale in bonis collegæ, etiamsi quid debeat is ex
ratiociniis collegii. Id. Carpz. d. l. d. 156.

VI. Cum omnes adhuc discere possint & omne artificium in-
crementum recipiat l. 65. §. 3. ff. de Legat. 3. neque singulis datum sit

Videh pöbe
o fest mon
appellatus
p. 1. d. 156.

In omnibus excellere d. l. 1. §. 5. in fin. C. de V. J. E. nihil ab æquitate alienum faciunt opifices, si ex conditione recipiendi de exhibitis opificii specimenibus moderate censeant arg. l. 18. ff. de edil. edit. quam legem etiam ad Academicorum graduum collatores non nemo accommodat.

VII. Supra meminimus, Rerumpublicarum Rectoribus insignem curam esse debere insignium artificum, quibus urbes suas ornent ac celebres reddant: potest tamen interdum fieri, ut quamvis utilissimum artificis inventum non sit, admittendum in Republica, quod Boxtornius in Politicis commemorat de novo à quopiam Leidensi opifice invento lanificii instrumento, quo unus solus plus quam quatuor alii usitata hactenus via procedentes per diem poterat efficere: id, inquit, ad querimonias aliorum opificum questum sibi & victum periturum querentium publica autoritate interdictum esse Leidæ, ut occasio publici motus averteretur.

IX. An expediat Reipublicæ, filios opificum non aliis quam parentum opificiis addici, diversis apud varias gentes opinionibus & institutis disceptatum fuit. Receptum ita olim apud Ægyptios fuisse ex veterum monumentis Cuneus de Repub. Hebr. lib. I. cap. 5. apud Chineses adhuc fieri Hugo Lindschot. in Itin. Ind. tradidit. Rationem consilii conjicit Boxtornius I. Polit. 10. in explanat. p. m. 217. quæ ut aliquam speciem habet: ita non verebimur affirmare, id institutum promiscuè usurpatum carnificinam potius quam delectum ingeniorum fore, quem in bona Republica accuratissimum haberi debet, ut suus singulorum viribus modus & finis præscribatur. Neque enim cujusque filiorum indoles parentum inclinationi semper respondet: & ita generosa sæpe & magnis susseptura motus suos ac spiritus officinarum æstu ac sellulariis sudoribus decoqueret. Vide consultationem Mod. Pist. Lib. II. q. 84. p. 187. an dominus possit cogere subditos, ut uno & certo artificio utantur? Inter ipsos quoque pueros, quos indolis conditio intra opificiorum disciplinas tenet, delectus opificiorum, quibus addicantur, habendus ex natura, ætate, & valetudine eorum arg. l. 1. §. 5. in fin. C. de V. J. E. l. 12. ff. de legat. 3. l. 5. §. 7. ff. de agnoscend. & alend. lib. Cæterum pro coercendâ indomabilis pervicaciæ juventute atque ad frugem honestosque labores reducendâ laudabile in Republica est institutum Ergastulorum, de Wersf. und Bucher

Buch-Häuser / qualia Amstelodami, Hamburgi, Bremæ habentur, quorumve exemplar Uratislaviae hoc tempore extrui narratur. Norbergæ, Springer-Haus / Argentorati, Schellwerck / Dresdæ der Bau consimilem usum præstant. Quamquam Serenissimus Elector Saxoniae modernus, Dn. meus clementissimus, Ergastuli talis constructionem Statuum provincialium deliberationi in conventibus eorum aliquoties subjecerit. Eiusdem ordinatione politica tit. von Handwercken XX. §. 7. & 8. prohibitum est operis, den Gesellen / guten Montag / item Aufstandt zu machen. Ante eum Serenissimus Elector Mauritius in der E. D. III. d. veterat: Handwercksgesellen sollen an Werktagen nicht auf Schenckstäden gehen bey Straffe 1. Schock. Quod hi magistris suis victus præbendi modum in locatione operarum præscribere non debeant, ordinatum est in der Reformat. guter Pol. zu St. de anno 1577. tit. von Handwercks. Söhnen §. 6. Vicus vero & mercedis determinatio cujuslibet loci magistratui indidem III. §. 5. über das trägt sich zu 2. relinquitur. Atque hæc sunt quibus in præsens elaborandis non tam amplitudinem materiae exhaurire quam delibare potui. Cætera his, quibus & otii & doctrinae & iudicii uberior data est copia, relinquo: mihi satis abundeque sufficere, si conatus meus non illaudabilem bonorum censuram incurret.

18. Judaei, fo 61
 mai. 1777
 N3. Arch. Br.
 1777

DEO SOLI GLORIA.

Ex cultum & promptum ingenium, labor improbus, ardor
 Ecce tuus Jura nunc patet egregie.

Perge, Themis tibi Niceretia præparat ampla,
 Atque Daphne spondet dona suprema. *Sax est.*

Per-Eximio DN. AUTORI *amica m. & m.*
animatus gratulatur

Johann Volck, Bachmann, D. & Præses.

Qui malleorum, forficam, dolabrarum
 securiarumque jura doctus interpres
 Germanicarum tradis officinarum
 Consultus, ohe, nunquid id satis labrum
 Tuae sit artis, S A L A dixit, ostentum,
 Simul tridentis increpans sui cono
 Signum magistris editi eruditorum;



Isthunc laborem non fabrilibus furnis
Vulgo nasci sellulisque sutorum;
At eruditi contribulibus censûs
Eidem Magistri spe potente signari.

*Per-Eximio ac candidissimo DN. KHUNIO suo, J. U. perquam
industrio sebtatori, contubernali nuper, at conterraneo,
convictori, amico studiorumq. socio etiamnum suavissimo
opificiorum ac mechanicæ jura egregio studiorum speci-
mine publicè propugnanti gratulandi officio feci optimos
studiorum eventus adprecatus*

Theodol. Lehmann/ Annamont. J. U. Daus.

Astrea hat ihn längst in ihre Zunft geschrieben,
Und läßt ihn unverwehrt bey offiner Lade stehn:
Drum kan er nun getrost für ihren Reich-Stul gehn.
Des Vaterlandes Wunsch ist an ihm wol bekliben!

M. Christian Hoffmann/ Breslauer!

Jura TRIBUS monstras, simul & tribuenda capaci
Ingenio. Pergas: digna brabea feres.

Gratulab. fecit

Johannes Fridericus de Waddorff/ Eques Variscus.

DE Jure Tribuum dum differis, ardua tentas:
Euge novum specimen! Jova salute beet!

Paucis hinc Clariss. DN. Respondenti, Fautori & Amico suo

*hanonatis. consalino atq. contubernali suaviss. de novo
specimine amicitus gratulab.*

Jeremias Köller/ Numburg.

SVavibus ex hortis Themidos jam germina, Khuni,
Solerti decerpta manu depromere nôsti:

Jura in fasciculos Tribuum doctè omnia texis:

Gratulor inde, Tuum ingenium minimè latuisse.

Virtute ergò macte novâ, desistere noli,

Cui Themis eximios propius nunc spondet honores,

Atque subinde novas vires, voveo, addat Jova!

Casparus Ludovicus Schönleben/ Patrit. Freib.

F I N I S.

Jher, Diss, 1669

ULB Halle
002 382 385


3



5.6.

WDA







XXXV
I. N. D. N. J. C. 1669, 5^a
DE

JURE TRIBUUM

vulgò
**Zünfft- und Innungen der Bra-
mer und Handwercks-Leute/**

ex legibus potissimum, moribusque Germaniæ,
BENEVOLO SUPERIORUM PERMISSU
SUB PRÆSIDIO

VIRI
PRÆ-NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI
ATQUE EXCELLENTISSIMI

DN. JOH. VOLK. Bechmann/

Hereditarii in Obern-Tröbra/ Jcti & Antecessoris in
Academia Salana celeberrimi, Consiliarii Saxonici, Curia Pro-
vincialis, Scabinatus ac Facultatis Juridicæ Adsefforis
gravissimi,

DN. PATRONI AC DOCTORIS SUI MAXIMOPERE
OBSERVANDI

IN ACROATERIO JURIDICO

ad Eruditorum problemata
publicè respondebit

MICHAEL Rhun/

Freiberg. Misn.
subjectæ dissertationis Autor
ad d. Julii, horis consuetis,
A. O. R. clō Ioc LXIX.



JENÆ, Typis JOHANNIS WERTHERI.

P. 316.

